

R 14220-1 V. M. C. 1

Simus folynus
Bredigen in manus.
Nro 193-4-5-6

✓ Ad Vnum

Fris Joannis Nep: Schigan. Ord. Evm
S. C. Augustini

Ex libris

Conventus Labacensis ad Div: Vig: Anuac:

{ Reg. ist. n. richtig befunden am
4. April 1892. Dr. G. Mühl,
k. k. Litt.

R 14220
Memoriæ Ordinis Eremitarum Magni
Patris

AUGUSTINI:

S I V E

PANEGYRIS IN HONOREM SAN-
CTORUM DICTI ORDINIS ab ITALICO
In LATINUM TRANSLATA

Et Sub

Gratiosissimis Auspicijs Illustrissimi Domini
AUGUSTINI CODELLI de Fabnenfeld AA:LL:
Philosophiæ, & Medicinæ Doctoris, Domini in Thurn,
Dobrova, & Saloch, Inclitorum Ducatum Carinthiæ
& Carniolæ Nobilis Patricij, Sac. Cæs. Cath.
Regiæq; Majestatis, Consiliarij, &c. &c.

IN LUCEM EDITA & VULGATA

Dùm

Labaci ad D. V. Annuntiatam Ord: FF. Eremit. S. P.
Augustini Theses Theologicas De Sacramentis in Ge-
nere, & in specie publicè propugnarent.
V. P. Guilelmus Umbforegg, & F. Christianus Plon-
ner Sacræ Theologiæ Studentes.

P R Æ S I D E

R. P. Joanne Facundo Nani Ss. Theologiæ
Lectore.

Anno Dmi: M.DCC.XXXIV. Mense Die.

Labaci, Imp. Adami Friderici Reichhardt.

Ad usum Fris Joa: Nepomuceni Schigan Ord: Erem.





976 Cavalliere Fahnenfeld

1N-030006374

Illustrissime Domine, Patrone
Gratiosissime.



Nolim mireris, ad Te potissimum Augustinianas
divertisse Memorias, ac Tuo sub Nomine nunc
primò Latias redditas, lucem intueri probè in comperto
babes plurimis ex titulis has Tuas esse, & eas Tibi deberi.
Sunt equidem illæ ex innumeris segetum manipulis quos
Augustiniana Familia Vaticano deprædicata Oraculo
foecunda Sanctorum Parens utroque in orbe ubertim
produxit, exiguæ quædam messorum reliquæ, non di-
spares tamen illis à Moabitide Ruth collectis, atquè ad eò
Tuo non indignæ Patrocinio: & hoc sanè pretiosius haud
accipere poterant, quam à Te, qui etiam in Nomine referes
Augustinum. Tanto sub Parente plurimos militasse Fili-
os quorum eximijs virtutibus ornari & fulgere Ecclesiam,
nisi oculis sit ægris, quisque conspicit; ut verò & illi illu-
strentur, ac oblivioni non tradantur quorum non est
Memoria, & quorum hic non panegyrim aut encomi-
um, sed quamdam tantum Nominum reperies, & perle-
ges congeri m, Tuæ singulari tributum est virtuti quam ab
In-

Inclyto illo Codelliano mutuatus es Stemate, cujusque Nobilis cruor etiamnum Tibi per venas meat: Hujus commendatissima recensere Decora, superfluum conseo, quia Toti Huic Patriæ sat perspicua. Est apud banc in Benedictione Memoria incomparabilis illius Viri Petri Antonij Patruelis Tui, utpotè à quo Cathedralis Labacensis Ecclesia munifica ditata fundatione suorum Reverendissimorum Dominorum Canonicorum auctum intuetur Numerum, & Eucharisticum Numen dum ad ægros deferretur, pulcherrimum plurimum Luminum accepit comitatum. Multiplicia Æra Campana, quæ concinno murmure hic reboant, Codellianæ Insignis nos admonent Pietatis jussu cujus jussa sunt fieri, dumque gratissimo concrepant sonitu, vocaliorem Famam reddunt, referuntque, non nisi pro DEO & Patria plurimos semper eam impendisse conatus. Hoc evidentius relucet in Sacello illo, quod Tuo in Prædio in Thurn nuncupato à fundamentis erexisti, nuncque illud expolis & perficis, immuni ab originali labe Deiparæ dicatum volens, ut quod jam tot pijs operibus à se editis addere non poterat ille, cujus Tu & Virtutum, & Bonorum es Heres, Tu superadderes, vel potius consummares, semper in Matre Filium adorans & exaltans: ad hoc agendum, puto à syderibus illis, quæ Mariam coronant, arcano influxu, Tua, quæ in Gentilitio Tuo Insigni gestas, attracta fuisse sydera, illisque jungi cupiisse, quatenus lucidius Tante Virgini efformarent Diadema: neque vanam meam dicas opinionem:

eternum


etenim, si Sanctorum Patrum præconijs Maria Mons in
 vertice Montium præparatus esse extollitur; nunc vides
 quam benè Tuos Ternos circumdent Montes Terna syde-
 ra, ut videlicet non tantum recensitam Codellianæ Fami-
 liæ in Divos efferant Pietatem, sed ipsius & splendorem,
 & Claritatem, & Firmitatem quaquaversum annunti-
 ent: & minimè sum dubius Prosapiam Tuam Firmita-
 tem non habituram, cum Terna itidem Martortia Brachia
 Tribus quoque ornata Vexillis, quæis inscriptum est: pro
 DEO & Patria, reddere hanc autumant stabilem, nevé
 labatur, succolare. Verùm, si cuncta Tuo in Gentilitio
 Scuto sunt perfecta, quia Trina: Montes, Sydera, Vexil-
 la, Brachia, quare tantùm binas gestas Noctuas, sed coro-
 natas? est Noctua Avis Palladis: & Palladem & sapi-
 entie & Armis, geminis omnis veræ virtutis fontibus,
 præsidere, habemus. Igitur in forma concludere nil vetat:
 quæcunque ab Inchyto Stipite Tuo hætenus acta sunt, co-
 ronata suspici, quia pro DEO & Patria acta; supra
 quod, quia nullum encomium, uti supra coronam, nullum
 præmium: patere jam Jllustrissime Domine! ut mea hic
 vox subiceat, ne illud ex proverbio audiam: me Noctu-
 as Athenas ferre, hoc est, Te Laudibus, qui ijs abundas,
 cumulare: atque indulge, ut harum in locum mea profunda
 subeat Veneratio, quâ dùm Augustinianas Tibi sacro Me-
 morias, ut jugem etiam Conventus illius unde hæc prodeunt,
 & mei apud Te memoriã retineas, demissè precor, qui sum
 JLLUSTRISSIMÆ DOMINATIONIS

Tue

humillimus servus

X

F. JOAN. FACUNDUS NANI, Aug.



Theſes Theologicæ de Sacramentis in Ge-
nere, & in Specie.

I. *S*acramentum, ut convenit ſolis Sacramentis Novæ
Legis, eſt inviſibilis gratiæ, viſibilis forma: & ut
habet rationem ſigni, potuit purè Spirituale inſtitui. 2.
Qualia Sacramenta de factò inſtituta fuerunt in Lege No-
va, Veteri, & naturæ, talia nulla fuerunt in ſtatu Innocen-
tiæ, neque futura fuiſſent ſi ille ſtatuſ perseveraſſet. 3. Do-
gma Fidei eſt dari in ſtatu Legis Novæ vera Sacramenta:
eaque non eſſe plura, aut pauciora, quam Septem. 4. Hæc
Sacramenta à Chriſto ut Homine fuerunt immediatè inſti-
tuta ante Aſcenſionem in cælum: quamvis DEUS potue-
rit etiam puro homini communicare poteſtatem miniſteri-
alis excellentiæ delegatam, ut rectè talis homo diceretur
inſtitutor Sacramentorum. 5. Omnia Sacramenta Novæ
Legis conſtant ex rebus, & verbis formalibus, vel virtua-
libus tanquam ex partibus intrinſecè ea componentibus per
modum materiæ, & formæ. 6. Soli homines viatores de
Lege communi poſſunt eſſe Miniſtri Sacramentorum, quæ
ut validè fiant, non ſufficit, ut Miniſter intendat facere
tantum actum externum Sacramentalem: ſed ut explicite,
vel

vel implicitè saltem, intendat conficere Sacramentum, siue rem Sacram quãtalem. 7. Ut Sacramenta in præsentì validè conficiantur, debet intentio Ministri esse absoluta, nec sufficit conditionata, nisi statim transeat in absolutam; requiritur præterea intentio vel actualis, vel virtualis: neque sufficit habitualis, vel interpretativa: eaque debet versari circa determinatam materiam. 8. Fides, aut Sanctitas ad valorem Sacramenti non requiritur in Ministris. 9. Solus & omnis Viator est subjectum aliquorum Sacramentorum, quæ ut validè suscipiat, si sit adultus usum rationis habens, requiritur in eo positivus consensus, vel intentio saltem habitualis non retractata per actionem oppositam illud recipiendi: ut verò fructuosè eadem recipiat, si sint Sacramenta mortuorum, requiritur in eo actus fidei, spei, & amoris imperfecti: si verò sint Sacramenta vivorum, exigitur moralis certitudo de statu Gratiæ. 10. Sola Sacramenta Novæ Legis causant gratiam ex opere operato: quin Sacramenta mortuorum per se primò, causant primam gratiam; & Sacramenta vivorum per se primò, secundam. 11. Sacramenta Novæ Legis causant Gratiam instrumentaliter, physicè, indirectè: & ea quæ fictè sed validè sunt suscepta, hanc pariter causant, remoto obice. 12. Tria sunt Sacramenta videlicet Baptismus, Confirmatio, & Ordo quæ imprimunt characterem, qui imediatè subjectatur in intellectu practicè operativo. 13. Baptismus quantum ad determinationem materiæ & formæ institutus est à Christo in Jordane: quantum ve-

ro ad externam promulgationem, & prout est Imago
Mortis, & Resurrectionis Christi, Matth. & Marc.
ult. c. 14. Baptismus vel fluminis, vel fluminis, vel
sanguinis omnibus & singulis Adultis est necessarius ne-
cessitate mediij & præcepti: & eodem modo parvulis
non sanctificatis in utero, est necessarius vel fluminis, vel
sanguinis: parvulis verò sanctificatis est solùm necessa-
rius necessitate præcepti. 15. Non licet Principibus Chri-
stianis conferre Baptismum filijs infidelium usu rationis
expertibus, invitis ipsorum Parentibus, politicè tan-
tùm, & civiliter subditis. 16. Confirmatio est verum
Novæ Legis Sacramentum in Nocte Cœnæ institutum:
bujus materia remota necessaria necessitate præcepti, &
Sacramenti, est oleum oliuarum, & balsamum natu-
rale, seu Chrisma; cujus Consecratio nulli Sacerdoti, qui
non sit Episcopus, nec ordinarie, nec ex commissione
competere potest, etsi sic possit esse Minister Confirmationis.
17. Christus celebravit Pascha, & cœnam instituit in ve-
spera terminante quartam decimam diem Martij, &
immediatè antecedente quintam decimam. 18. Aqua
in consecratione Calicis imediatè in vinum convertitur,
& in vinum conversa in sanguinem: nec aliter potest
converti: comunicans quoque sub una tantùm specie,
sumit totum & integrum Sacramentum quod est simul
Sacramentum, & res Sacramenti: non tamen totum
quod est Sacramentum tantùm. 19. Terminus formalis
transubstantiationis, quæ essentialiter est actio, est sub-
stantia Corporis & Sanguinis Christi ut reproducta sub
specie-

speciebus panis, & vini. 20. Substantia Panis & Vini in Sacramento Eucharistiæ non remanet, sed tota, & totaliter desinit, remanentibus solis accidentibus, quæ existunt sine subjecto per modum existentia receptum à substantia, divinitus à DEO servatum, etiam destructâ substantiâ: nec divinitus potest Christus videri ab oculo corporeo, ut est in Hostia. 21. Eucharistia est verum sacrificium Incruentum: sola consecratio constituit essentiam sacrificij, si consecraretur unica tantùm species, non esset sacrificium. Hoc in ratione rei oblatae, & Principalis offerentis, est valoris infiniti: finiti verò ratione fructus qui percipitur à fidelibus, & ratione Sacerdotis secundariò offerentis: offerturque utiliter pro omnibus hominibus Viatoribus tam fidelibus, quam infidelibus, & pro Animabus Purgatorij, quamvis diversimodè. 22. Poenitentia Veri Novæ Legis Sacramenti instituti à Christo Joan. 20. forma, est absolutio consistens in verbis Absolvo Te: materia verò proxima ex qua essentialiter componitur, sunt tres actus poenitentis, videlicet contritio in corde, confessio in ore, & satisfactio in opere: sed hæc tamen, est tantùm pars integralis; etsi propositum satisfaciendi, sit pars essentialis. 23. Contritio formaliter differentialiter consistit in dolore de peccato: & materialiter præsuppositivè in detestatione & odio peccati, cum proposito non peccandi de cætero. Dolor, qui formaliter est actus voluntatis, in contritione debet esse maximus appetitivè, non intensivè simpliciter. 24. Ad justificationem in Sacramento non sufficit attritio purè servilis, sed

debet habere annexum aliquem amorem DEI benevolum
super omnia, imperfectum, inchoatum, sejunctum ab ha-
bitu charitatis. 25. Non potest dari Sacramentum poeni-
tentiae validum & informe. atque ad hujus integritatem
formalem spectat aperire etiam circumstantias notabiliter
aggravantes intra eandem speciem. Obligatur quoque
Minister Confessionis ad servandum sigillum triplici Jure
26. *Extrema Unctio Verum Novae Legis Sacramentum,*
habet pro materia remota oleum olivarum ab Episcopo
benedictum. Minister ipsius ordinarius, est solus Cura-
tus: delegatus autem, omnis Sacerdos: & subjectum, soli
baptizati adulti infirmi in gratia constituti. 27. Septem
tantum sunt Ordines, qui simul sumpti constituunt unum
Sacramentum unitate finis. Episcopatus non est Ordo di-
stinctus à Sacerdotio, sed ipsius extensio, & excellentissi-
mum complementum. 28. *Matrimonij Veri in Lege*
Evangelica Sacramenti Minister, sunt ipsi contrahentes:
materia remota, sunt corpora legitima, proxima verò,
actualis traditio potestatis in alterutrum: & forma, est mu-
tuus consensus sensibilibiter expressus. 29. *Matrimonium*
ut est purus contractus, est indissolubile jure naturali: ut
Sacramentum, jure divini: & quia essentialiter nec co-
pulam, nec consensum sive explicitum, sive implicitum in
banc, importat, sed tantum mutuam translationem potesta-
tis in corpora diversi sexus, cujus potestatis usus potest esse
perpetuò impeditus, ideò inter Beatissimam Virginem &
S. Josephum, fuit verum Matrimonium. 30. In solo sum-

mo Pontifice, & in Concilijs ab Eo congregatis est Potestas
statuendi impedimenta prohibentia ne fiat Matrimonium
inter Fideles: & dirimentia, seu, irritantia illud jam fa-
ctum. Quia Votum solemne Religionis, & Ordo sacer sunt
impedimentum dirimens Matrimonium tantum jure Ec-
clesiastico; potest Papa in utroque in sensu diviso ob gravis-
simas causas dispensare; quod tamen probabilius non po-
test in Matrimonio rato, & non consummato.

O. A. M. D. G. J. V. A. Q. P.



Reliquerunt Nomen narrandi Laudes eorum: & sunt quorum non est Memoria. Eccles. 44.

Sapienter, si benè dijudico, nos Nostri admonuerunt Majores, singulis ut annis Solemni encomio Hero um Nostrorum triumphales honorarentur Memorix, quatenùs Magnæ illæ Animæ, quæ in terra tot exemplis Ordinis factos illustrarunt, & in cælo tot fulgoribus Solium Agni DEI circumdant, semper vivæ in successorum mente permanerent, ut à facinoribus aded decoris animati, possent & ipsi vel Laude non inæquali, Zelo simili, ac Fide pugnare, vel degeneri saltem ac prævaricatrici posteritati obijcere memorando suorum Magnorum Auorum triumphos. Et profectò AA: ! nimis acerbus foret casus, si tantùm inter nos vivæ reboarent sceleratæ memoriæ Achabûm, Esavorum, Cainorum, Ismaelium, & candidæ recordationes tot innocentissimorum Abellium quorum beata nomina aureis characteribus in æternitatis libro irradiant in sacrilegam oblivionem à nobis transmitterentur, vel tanquam penitùs mortui à corde *traderentur oblivioni, & essent quorum non est memoria.* Ast gravius foret dam-

damnum, si Religio, quæ postquam afflictæ non dispar Racheli superuixit stragiac Lanienæ tot sibi charorum, hanc grandem jacturam sublevare non posset saltem narratione eorundem triumphorum, aut nequiens triumphantium calculare numerum, nomen etiam illorum *qui in diebus suis babentur in laudibus* non valeret proponere obtutui & memoriæ ceterorum suorum Natorum, & id saltem post mortem, quando juxta illius Magni iudicium, nec Laudatori ultrò est adulandum, nec Laudato amplius pertimescendum. Liceat ergo mihi hîc celeri pede percurrere Memorias pulchriores & clariores sacrosancti hujus ordinis: & dùm aliustotus admirabundus suspiciet Flamivomum cor sui sanctissimi Patriarchæ: alius thaumaturga Brachia Tolentinatis: alius eleemosynarium Ostrum Villanovani Prælati: alius humiliatam Purpuram Magni Ducis Aquitanix; ego quia ad splendores tantos cæcutio, gaudebo solum admirari à longè Memorias Heroum illorum *qui reliquerunt Nomen narrandi laudes eorum, & sunt quorum non est memoria.* Remanet unicùm, ut in causa aded gravi, ac in materia aded fecunda à me requirere haud velitis sive ornamenta, sive artis fucos, sed simplicem tantùm narrationem Memoriarum & facinorum Majorum Nostrorum: idque exinde, & quia facinora aded conspicua ampliori Laude non egent, & ut à se tantùm ditior absque maculis & artis coloribus elucescat veritas, quæ sola apud me unicus debet esse finis,

&

& principium sacrorum oratorum. Ceterum, obli-
vifimini quoque, Vos exoro, raræ illius benignitatis,
illius fidei, quam omnibus alijs præstare a soletis: erga
me tantum rigidiores, ac acriores estote censores, at-
que horrido librate supercilio quamcunque perio-
dum, quamcunque clausulam, syllabam, ac vocem:
nam vocem aliam hinc non promam, cui orbis litterari-
us, atque ipsa Petri oracula non subscripserint, quæ-
quæ probata non existat. Vos interim Excelsæ Ani-
mæ! quæ in Libro Vitæ absque syllabis, & absque
tempore æternum Legitis Vestrorum Triumphorum
Memorias, suscipere dignemini, efflagito, piam hanc
temeritatem, quam in effereñdis Vestris Laudibus as-
sumo: & quia jam in casu extamus in quo *alterutrum*
est subeundum vel silentium, vel audacia: acquiescite,
auscultandi me Laudabilitèr audacem non sine igno-
minia: aut finite, ut absque laude ultrò ingratus non
sim silentio.

Atque ad reducendum ad aliquem saltem ordi-
nem Ordinis aded numerosi, ac sublimis alta vestigia:
mille jam, & prope trecenti anni existunt, universa
quando Africa ex monstrorum quæ fuerat patria hære-
sum ob bellvas, furiarum efficiebatur conseptum:
quod & pro decore, ac præsidio, & pro scuto, ac or-
namento, & pro muro ac antemurali Catholicæ Fidei
prima sua fundamenta Augustissima hæc Religio je-
cerit, quatenus à fervido climate in quo nata est, tota

ignis, & à Patre tota splendor, posset cum hoc
Adulta nova lumina exhibere Ecclesiæ, ac illo,
etiamnum tenella exorientium tunc chymera-
rum dracones enecare: nata est in Africa mon-
strorum parente, ut Parens fecunda Sancto-
rum velut illa mirabilium, tot filios cælo daret,
quo Beatos, & tot Sanctos, quot portentia:
nata est in medio solitudinis, ut Ecclesia Afri-
cana quæ illis temporibus sub Donatistarum
jugo gemebat, *locum haberet* sub alis grandis
Aquilæ *paratum à Deo*, ita suis consilijs dispo-
nente Providentiâ, ut ad exortum monstrorum
semper in campum Alcides prodeant: nata est
in meridie lucidiori, quia meridiei haud dispa-
res clari esse debebant sui magni partus, vel
quia meridiei tunc Africæ à caliginibus obnu-
bilato lucem afferre debebat: nata est denique
ab uno Augustino, quia filij ipsius evasuri in-
genio Aquilæ possent cuncti pennas intèr gran-
dis Aquilæ propius contemplari solem, & in
excelsis Libani aspiciibus exugere cedri medul-
lam purioris & sanctioris doctrinæ.

Verum jam vertices sacratissimi hujus orebi
conspicio, & appendicem non intueor in Africa,
clima, rupem, vel promontorium, ad quod
pugnax hoc agmen solis adinstar desuper suæ lu-
cis & ventorum pennas delatum non existat.

Anno Xti
389 surgit
Monasterium Hi-
ponense.
Ita S. An-
tonin Ba-
ronius,
&c.

Utinam crescentibus rebus crescere posset oratio! & derelicto facinorum numero, qui nimius est, enumerare hinc solum valerem cathalogum sanctorum qui illis temporibus Africam illustrarunt: sed neque unius diei, neque hęc anni materia est: cum unusquisque nostrorum eo tempore in Africa florens magnus fuerit sanctus, & unusquisque sanctus argumentum & materiam magnę paneggri subministret. fatis est dicere, quod vix plantata in Numidia magna hęc vitis, facta sit in vineam grandem; quod omni angulo & scopulo insita, potuerit brevissimo tempore longē lateque (verba sunt Doctissimi Baronij) magna suorum palmitum ubertate universam occupare Africam, & quidem tali cum fecunditate, quod in Wandalico bello tantum obierint ex Nostris pro Christo invictissimi Martyres supra bis mille quingenti absque illis, qui fugā, pœnis, exilijs, carceribus fugientes mortem, crudeliori morti, ac diuturniori lanienę supervixerunt.

Neque hinc quispiam mihi opponat: quod cum ordo Noster eo tempore vitam solitariam ac otiosam media inter antra profiteretur: saturę solum aureę illę animę suę felicis ignorantię, ac ignorantis felicitatis, derelictā sapientioribus curā, nihil curaverint de Christi grege quem averni lupus exterminabat, nihilque ad crudelia zizania

attenderint, quæ in campo Ecclesiæ Lucifer disseminabat. quin exigente necessitate quasi fortissimi leunculi ex antris prodeuntes, ipsi primi feritatem irritabant, barbarieque opposites humanitatem quam à feris apprehenderant, hinc face Verbi hydræ femina perurebant: ibi perentem DEI gregem suis rugitibus defendebant. sed distracti fortasse à tumultu & fragore æris, haud unâ poterant quiete & pace Eremi frui? quin Moyses adinstar *Levantes se supra se*, ex se ipsis scutum adversus perfidiæ assaultus erigebant neque prius brachia ab oratione fessi demittebant, antequam omnes fortes Amalech debellati ad terram non prosternerentur. Ast forsitan otio & silentio eremorum immergi non poterant simul Africæ gregem à lupis tueri? quin non dispares Zelosis illis ac sedulis Israëlitis, qui tempore Nehemiæ *unâ manu tenebant gladium, & alterâ faciebant opus*; unâ manu Psalterium perolvebant, impugnabant alterâ fundam: dextrâ ædificabant Jerusalem, sinistrâ Samariam destruebant: *unâ manu tenebant gladium calami adversus hæreticos, & alterâ faciebant opus in ædificationem populi DEI*. Sed crudeliores saltem, ac ferociores inter pugnas à periculo detentum ad antra confugiebant? verum, quod pro tunc à fuga juvamen, si in armorum dilu-

ex *Vitloris*
Uicensis

vio inundabat solitudo? si à templis atque à proprijs nidis columbæ rapiebantur? si super Altaria exactæ victimæ sacerdotes cadebant? si super ipsam DEI Arcam omnium primò flammæ, ac tonitrua Wandalorum jaciebantur ruebânt-que? rumpitur præ teneritudine mihi sanguis è corde, atque ab oculis lachrymæ exundant, dùm unicè tribulationum rememoror illorum lachrymabilissimorum temporum, & intueri vagituum in medio tenellam hanc tunc Sunamitidem manibus etiamnum lacteis generosè amplecti venerandum crucis vexillum, pugnam-que conferere infamioribus cum hydri Ariano- rum, Donatistarum, Manichæorum, Origenista- rum, Nestorianorum, Pelagianorum, hydri, in- quam, perfidioribus ac crudelioribus quas un- quam in Ecclesiam Romanam è profundo abyf- suum evomuit Erebus: & quo corde, quo zelo, qua pietate? dicat, qui potis est.

Et prævaleat veritas A: A! quis tunc præ Nobis magè fidei profuit? quis præ Nobis ube- riùs in Concilijs exsudavit? quis meliùs præ No- bis Ecclesiam Africanam (si pro tunc alijs, No- bis exceptis, caruit) totam laceram, ac semine- cem à plagis Donatistarum curavit aureisque advinxit nexibus ad obediendum & Christo, & Petro? mendaces lauros hinc non decerpo, aut
adul.

adulatrici manu aliorum haud rapio coronas ad
coronanda tempora meæ conspicuæ, ac fortis
Viraginis, quæ vera Regina *veris honorum titulis* In epistolis
ad Augusti-
num.
insulata, falsis ultra non indiget laudibus. Notif-
icium est mihi quantum tunc Summi advigila-
verunt Pontifices, quantum Sacri perpeffi sint
Pastores, quantum orientis ac occidentis ege-
rint Concilia adversus hydram semper depres-
sam, semperque enascentem Pelagianorum: dis-
simulare tamen haud valeo hîc id, quod publica
fama, ac lingua unius ipsius Hieronymi asseruit:
hæresim videlicet Pelagij quæ illis calamitosis
temporibus universam Africam occupaverat,
ab Alipio & Possidio binis tunc Africæ fulmini-
bus eradicatam fuisse. Vos hîc in testimonium
advoco sepulchra gloriosa pietatis! Vos interio-
ra deserta Sacrosque Orebes Tangitanæ! Vos Lu-
cidas Thebaides Tagastæ, Adrumeti, Byzatij,
Caspæ, ac Julix Cefareæ! edicite Vos, Vos liqui-
dem vidistis quantum tunc pro Ecclesiæ benefi-
cio Nostri adlaboraverint: quoties ac quinam
tunc peccora pro scuto Donatistarum furorî op-
posuerint: quot exules, ac fugitivi cum Ful-
gentio mare sint prætergressi: quot in speluncis
clausi cum Donato & Evodio panem lachryma-
rum devoraverint: quot errantes in sylvis cum
Saturiano & Maxima ferarum cibus sint effecti:

*in Viffore
Uticensi de
Bello Wan-
dalico,*

quot in Urbium medio cum Liberato, Maximo
ac socijs ignem domuerint: quot sub tyrannide
Hunerici, Alarici, Trasamundi ac mille aliorum
barbarici purpuratorum Ecclesiam Catholicam
tanquam flumina sanguine irrigaverint, ac san-
guine illam nobis pacem pepererint, quâ nunc
fruimur. Sed hæc etsi sublimes, sunt tamen de-
biles etiamnum probationes, nimisque depressa
argumenta Nostri ausûs: & benè scitur, hanc in-
victam Amazonem etiam in fascijs decuisse
præbere alta prælagia & indicia fortitudinis ad
cujus exercitium erat electa & vocata à DEO:
illud quod magis admiror est, quomodo in me-
dio unius sylvæ frementium furiarum tot lupo-
rum insidijs petita, à tot monstris aggressa, à tot
belluis circumdata, non solum inter vagitus
non extiterit suffocata, sed quomodo dein ad Nos
per lineam semper interruptam, ac beatam fe-
cunditatem pervenerit infulata illis gloriæ fructi-
bus & memorijs, quas hîc vobis enarro. Et sa-
nè soleo sæpius admirabundus hærere A:A: quo-
modo exigua quædam familiola, non alicui Reg-
no aut Monarchiæ par, ultra unum sæculum ex-
tendat imperium? nam si simplex lapillus qui
apud Daniele in colossam superbi Regis impe-
git cunctas in flatum resolvit orbis Provincias,
quid sperari poterat de Ordine media inter bella

enutritis, hæresum in gremio enato, ac temporibus aded deplorabilibus, locisque aded truculentis, quæis, juxta Salviani dictum, ignominia erat fides, & perfidia religio? Nihilominus tamen perennet cœlum! perennet Victoriarum Numen! Audite posteri omnes! percipite terræ longinquæ! jubilate partiales Defensores Ordinis Nostri, & omnibus enarrate Gentibus, singulis ut innotescat cura quam de hoc sacro Ordine semper egit Providentia! non solum Ordo Eremitarum Magni Patris Augustini natus est, & crevit in medio crudeliorum barbariei belluarum, sed Wandalorum in inudatione, in cruoris diluvio, ac hæresum in pelago haud dissimilis visus est Arcæ, quæ in diluvio triumphans elevabatur cum aquis, omnibusque mirabilis reddebatur. Ast plus edifferam: quin ubi tot Ordines sacri, tot Regna, tot Monarchiæ breviori unius sæculi serie à mordaci temporis ferro, ac ferreo martis flagello *reductæ sunt in favillam*, suæque fatalis felicitatis conspexerunt finem vix earundem nomine remanente: Ordo Eremitarum non solum tot inter strages ac funera perduravit, sed etiam Danielis Lapillo non dispar, à pauperrimo tugurio in quo ortus est, crevit in montem, atque è monte in orbem, ac tali cum fecunditate, quæ Tom. 2. Eneadum. Lib. 7. c. 94 *Sabellicum exclamare cœgit: mirum est quomo-*

dores Eremitarum toties afflicta ita creverit ad extremum, ut nulli sacrorum ordinum cedat! At detur tamen gloria, & honor, qui eo est dignus! pro Patribus tuis, ò pulcherrima Princeps nati sunt tibi filij: Augustino hæc palmæ debentur, hi fructus sunt Augustini, nec à sanguine tot Athletum aliud exoriri poterat, quam candidum quoddam Ver Virginum, ac rubicundus quidam Martyrum Autumnus; nec ullo (est lacrimis Magni Leonis) nec ullo crudelitatis genere destrui poterat Sacramentum Crucis Christi (dicam ego) Martyrum sanguine fundata Religio.

Memoriæ hucusque hæc sunt illius, quod fuerat Religio suis in principijs; sed majores etiam, ac pulchriores suo in progressu nobis elucescunt, quas tamen si lumine fidei exponere, aut nova divisione ad aliquem saltem ordinem, reducere valerem, ô quam splendida magna hæc sylva conspiceretur, quotve luminibus, ijsve clarioribus Eremitæ Heroes, ac unâ cum ipsis ipsa ætheris sydera emicarent! verum tamen discurremus è corde, neque perireamur, & luce saltem prophetica Danielis dumtaxat, Nos ad penetranda hujus pergrandis nemoris interiora, accingamus.

Fuerat nox densior, quando Nabuchodo-

nosor ab alis suarum chymerarum elatus, con-
spexit in somnis magnam quandam arborem,
quæ nemorum gigas itellas cœli altitudine supe-
rabat, ac subtus radicibus per suam profundita-
tem abyssûs confinia penetrantibus, ultra Tul-
len extendebatur ad *terminos* terræ : dives dein
omni fructuum genere ut Paradisi planta, non
solum in apicibus volatilibus cœli hospitium
exhiebat, sed sub se quoque beata cum secundi-
tate camporum belluis præbendo pascua, & cor-
nucopia & *esca erat universorum.*

Nunc non diceretis Vos hic A: A: quod Da-
niel *temporum præsciis*, & rectè homo desiderio-
rum uti fuerat à Deo nuncupatus, tantò antea
illa in Arbore adumbrare voluerit plantam san-
ctissimi mei Patriarchæ, quæ in medio *terre plan-
tata*, ramorum suorum celsitudine sese super sy-
dera erexit, & varietate ac pulchritudine fructu-
um arbuſta Cades ditavit? Intueamini eximix
primitiæ hujus sacrosanctæ arboris sunt Gelasius
Romanus Pontifex, Alipius Africæ Primas, Pos-
fidius Calamensis Prælati, Profuturus Bracha-
rensis, Ferrandus Novæ Carthaginis, Leporius
Uticensis, Nebridius, Parthemius, Evodius,
alter Ferrandus, Severinus, ex quibus alij deto-
nando è pulpitis linguâ, alij sacris in Concilijs ca-
lamo fulminando, alij sanguine in Tribunalibus

*ex Theatro
Vita huma-
na Verbo
Religio ex
Crescentio,
Sabellio
& alijs.*

pugnando, totum hæreseon regnum confude-
runt, ac plantando Religionem morte, univer-
sa Africæ Regna vera in Religione intacta serua-
verunt, ac nutrierunt. Contemplemini dein
ut antea, qualiter distincto & confuso ordine
proceritas ejus desuper eruditas bacchas Fulgentij
Mitrati Ruspensis, Prosperi Aquitani, Hilarij
Episcopi Arelatensis, Paulini Nolani, Licentij,
Paulique Orosij *ascendat ad cælum*, & volatibus
aded sublimibus ed usque eorum diffundantur
splendores, quo usque sol radijs pertingit suis.
Admiremini, fructus hujus Plantæ sunt Moni-
ca, Perpetua, & Felicitas Mater & Sorores Ma-
gni Augustini : fructus sunt Melania junior,
Demetrias, Proba, Juliana : fructus sunt Seve-
rus Trevirensis, Valentinus, Honoratus, Patri-
tius : utque fructibus aded venustis nec *flores*
nec lilia desint, onusta est magna Arbor tam ube-
ri vindemiâ, quod ad asserendum sim paratus :
plures Sanctos hunc solum Ordinem Ecclesiæ
dedisse, quam fortasse alijs etsi majoribus, & an-
tiquioribus, fuerint Filij. Sed penes, quis edi-
cere posset, quomodo Africana post bella trans-
plantata hinc à mari in Hispanijs, in Germania,
in Gallijs, in Anglia, in Hibernia, in Æthiopia
quot oracula præbuerit Fidei? quot Apostolos
Evangelio? quot Doctores Gentibus? quot

San-

Samsones Ecclesiæ? quot Vaticano Atlantes?
 Contemplemini eam, nec adversor, & quidem,
 nisi animo deficitis, enumerando trophæa ma-
 gnæ Arboris, hic pacificam manum Joannis à S.
 Facundo, ibi stigmatizatos pedes Christinæ Me-
 diolanensis: hic frontem totam floridam & du-
 mosam Magnæ Ritæ: ibi animatum Calvarium
 Divæ à Monte Falco: supra Libanos incisos pal-
 marum: subtus, floridas valles liliorum: alibi
 sylvas Rosarum, Heliotropiorum, Myrtharum
 in immensum excretarum. Vos dein, si valetis,
 opponite sacrosanctis & fidelibus oraculis Sum-
 morum Pontificum, qui ob Excellentiam & nu-
 merum Beatorum obtupefacti, dignati sunt Or-
 dinem Nostrium; Ordinem secundum Sancto-
 rum pronuntiare: Ordinem ad enutriendam &
 defendendam Romanam Fidem enatum: Ordi-
 nem semper decore & observantiâ floridum: Or-
 dinem æquè ac alios semper Divino cultui addi-
 ctissimum: Ordinem denique (totum edicam,
 nihil hic ex meo edicturus) qui tanquam primæ
 altitudinis cælum totum luminibus exornatum
 in gravioribus & atrocioribus pugnis tuitus est
 diversis temporibus, fulsitque Romanam Fidem.

*ex Posseni-
no, ex Bul-
lis Joan.
XXI. Bo-
nifasij IX.
Martini V.
Alexan-
dri VII.*

Sed quia elogia aded excelsa, & oracula aded
 Sancta non decebat cœcè Vaticano à Tripode
 prodire: juvat hic à capite exordiri, vel saltem in

cortice motiva referre, ob quæ ad exaltandum
tam sublimibus laudibus minimam hanc Reli-
gionem, atque temporibus tam felicibus Summi
poterant adduci Pontifices. *Absit* (est Bonifa-
cius IX. ad Comitata Generalia Aquilæ cele-
brata exarans) *absit, ne quid in gloriam vestram,*
quæ velut inestimabilis altitudinis firmamen-
tum, quod multiplici syderum luce coruscans Uni-
versalem Ecclesiam diversis temporibus illustravit,
redundet. absit. & dicere voluit Pontifex : benè
in comperto mihi est, non tantùm Vestrum Au-
gustinum tanquam Ecclesiæ fulgidissimum so-
lem lucis suæ telis chymeras protrivisse hæreseos;
sed etiam Ordinem Vestrum primæ altitudinis
extare cœlum, *altitudinis firmamentum*, quod
undique luminibus variegatum diversis tem-
poribus defendit & suffulsi fidem Romanam,
id conspicio, id quæ orbi declaro; *illustravit*,
dum Ecclesiam Africanam totam laceram & dif-
cissam à Donatistarum Schismate, à belluis Pe-
lagianorum Arianorum, Manihæorum, Priscil-
lianistarum consolidavit; catenisque ac nexibus
perfidie exsolutam, aureis compedibus Petri &
Christi obedientie alligavit. *Illustravit*, dum
fugiendo patrias crudeles oras in Europæ deser-
ta Numidie deferta transtulit, ac fecundando li-
lij cedrique adinstar solitudinem, Eremum in

cœli coloniam, & cœlum in coloniam Eremi
 convertit. *Illustravit*, dum jussus ab Eremo
 in Urbes migrare, absque Potentatum fa-
 vore, absque Principum adhæsione, quin
 sæpius ad æmulorum despectum, ad Magna-
 tûm oppositionem, ad Tribunalium contra-
 rietatem, Erebi adversus assultus, erexit su-
 prabis mille fortissimas Monasteriorum muni-
 tiones, quâve utilitate, quôve fructu? cum
 eam non lateat, enarret Ecclesia. *Illustravit*, ex Sabellico
Bembo, &
alijs.
 dùm Europæis in cordibus excitando quasi mor-
 tuum & extinctum Fidei Catholicæ fervorem,
 Generalibus in Synodis Viennensi, Lugdunen-
 si, Constantiensi, Florentina, Lateranensi, Tri-
 dentina convicit, vicit, prostravit integram er-
 rorum Babiloniam, Ecclesiâque universam
 à male enatis, ac falsis expurgavit doctrinis. *Il-
 lustravit*, dùm in crudelioribus perfidiæ moti-
 bus, sibi sub oculis vidit (heu intuitum crude-
 lem!) ad defendendam Romanam Fidem depo-
 pulari Monasteria, Tempa incendi, trucidari
 Sacerdotes, & tamen hostis semper juratus in
 Christi & veritatis hostes, nunc in Italia sese Gi-
 bellinorum furori opposuit: nunc in Gallia hæ- ex Saris.
 reses impij Calvinij detexit: nunc in Hispania
 æneum objecit pectus Saracenorum ferro: nunc
 in Hibernia Henrici Octavi domuit superbiam:

nunc in Bohemia damnavit hæresim feri Wiclef-
fi : nunc in Germania sustinuit & defendit Petri
Claves, ac quaquaversum Victorias collegit.
Illustravit, dùm accensæ à forensibus, civilibus-
que dissidijs tot venustæ Italiæ Urbes Florentia,
Senæ, Perusia, Mutina, Firmum, Bononia, ad
nostrorum ignem, triennialem extinxerunt discor-
diæ ignem, ac exitu tam felici, quod crudelia &
antiqua odia inter Ducem tunc Mediolanensem
Sfortiam, & Rempublicam Venetam, quæ ne-
que Cæsar, neque Pontifices, neque Principes
ac unâ omnes Europæ Coronæ sedare value-
runt, sedaverit (sunt verba Pij II.) simplex qui-
dam Frater Simonetus à Camerino. *Illustravit*,
& si hic Vobis edicerem, quod sub Urbano II. &
Calixto sine Nobis Terra Sancta recuperata non
fuerit : quod non obsistentibus Nobis unâcum
Bavaria Inferiorem Palatinatum Lutherus infe-
cisset : quod sine Doctissimo Seripando non po-
tuerit nec inchoari, nec terminari Concilium
Tridentinum : quod sine Alexio à Menseses Pa-
tres Societatis Jesu in Æthiopiam non transive-
rint : quod Nos tamen, Nos soli fuerimus pri-
mi ad plantandam in Indijs Crucem : Nos primi
ad Insulas Philippinas detegendas : Nos primi
ad Baptismate abluendam Provinciam Sanctæ
Fidei : Nos primi Mechaacani, Nos primi Quit-

ex Pio II.
ad amicum
1430.

ti, primi Chili, primi Peruvij; minimè hic me-
 morias à vero diffitas effarer. Ast adhuc am-
 pliora adfunt : non solum Ordo Noster primus
 extitit qui in Indijs Fidem plantaret, sed & pri-
 mus qui & plura est perpeffus, primus qui alijs
 abundantius laboravit, primus qui præ alijs ube-
 rius collegit, dum minori quam quinquaginta
 annorum spatio mille trecentos & ultra Marty-
 res Cælo inferuit, duodecim convertit Regna,
 decem Coronas Vaticano tributarias submisit,
 breviffimoque tempore Mindanaum, Moluccæ,
 Philippinæ ac alia vasta Regna vix unum solum
 & occultum Idololatram habuère, dum tamen
 antequam ea ab Andrea ab Urnadeta, ac Al-
 phonfo à Vera Cruce inventa fuiffent, neque
 unum habuère Catholicum. Verùm plura edi-
 cam, parùm fuiffet, quod hæc infima Religio
 Evangelium in America evulgaffet, nisi dein in
 Europa intactam servaffet Fidem: parum fi pro-
 cul triumphantem eduxiffet Christi Gregem, &
 à fuo proprio ovili, Româ videlicet belluas non
 expuliffet. Ita est: Zelo femper hæreditario fla-
 grat Eremitarum Ordo Petri Cathedram illu-
 ftrandi & defendendi, proinde quantum omni
 tempore, omni in angulo Spiritu, valore ac in-
 telligentiâ polluit, totum femper in tutelam &
 honorem Fidei consecravit. Testem hujus ap-
 pello

*ex Crescen-
 tio, macedo
 Bayerlinck
 & alijs*

*ex Patro
 Hajo Jesu
 uita Patres
 Ordinis ad
 annum
 1520. Ame-
 ricâ navi-
 gant. Ita &
 Crescentius*

pello Italiam, quando in ingressu Bavari Romam, rebellantibus sese Provincijs, Civitatibus, senatu ipsisque Romanis collibus Romæ corruentibus; *Solus Ordo Eremitarum Italiâ rebellante, desciscente Clero, deficiente Urbe in Fide perstitit, & Danielis more in ore leonum observavit decreta Pontificum.* Testem appello Romam in qua Bonaventura Patavinus, Murus, & invictissima Ecclesiæ Columnatela inter, hastas, & Cruces honorem fulciens Clavium, impetum tyrannorum domuit, & coronatus potius quam sua in nece sepultus, Ostro cruoris, Ostrum honoravit Latinum, purpuramque Martyrio exornavit. Testem appello Germaniam, in qua infamis Zuinglius omnes Catholicos Doctores ad feram provocans pugnam omnibusque (ò duram calamitatem!) hanc recusantibus, solus in campum prodijt Conradus Tregonius, ostendens, quod si hæresis in Zuinglio efferret gigantes, etiam Eremus Augustiniana in Conrado nutriret Davides ad prosterendas hydræ cervices. Testem appello Oecumenicum Constantiense Concilium, in quo Joannes à Zacharia terror Hussitarum conturbans, commovens, protegens omnia Cades deserta, se ipsum in eximiam obtulit ad flammam victimam quatenus impius Joannes Hufs ad eas damnaretur: egitque ut

de Suario
in Confessionarijs.

mendax appareret fama Scævolaë, qui suæ manûs combustione ignem extinxit latinum. Testes appello Imperiales Wormatiæ ac Ratisbonæ in Graui-
na in Voce
iurturis. congressus in quibus Joannes Hoffmaisterus, præsentibus Electoribus Statuum Cæsareorum, universæque Germaniæ, ad duellum evocans infamem Apostatam Lutherum, subjecta conquassavit malignanti um, ostenditque maledicis, quod idem cælum, quod draco suâ inficiebat caudâ, novi fulcirent Michaëles. Testem appello Tridentinum in quo Doctissimus Seripandus Calamus, absque adulatione, & Lingua omnium, *ex tempore* reposuit & respondit centum argumentis à Novatoribus Synodo objectis: & quia plus temporis ad respondendum Patres postulabant, ipse totus nobili irâ ac ardore succensus exclamavit: *absit quod Ecclesia Dei indigeat tempore ad confutandos hæreticos.* Testem appello Universium Belgium, in quo Germaniæ Tullius Ernestus Gandavensis prælia Dei prælians è pulpitis frequentèr protestantium Sophismatibus respondebat, & duplicis manûs Aoddes, unâ reparabat Templum, & alterâ Alophilos destruebat. Testes appello remotiores & inhumaniores orientis oras in quibus Alvarus à Jesu belli Præfectus declaratus, Cruce in læva, & gladio in dextera prostravit, vicit, ac demolitus est

Cal-

Calvinistarum turbam, ostenditque verissimis probationibus, quod non à gladio, aut à Cruce, atque à Venerabili Nomine Jesu palma sit expectanda.

Ast quorsum aded extra Europam, extra solem ac diem vagis efferor cogitationibus? cur in æquoribus Africæ ac Indiarum emendico palmas, & indigno silentio ingratus Patriæ, ingratus mihi ipsi domesticas ac proprias prætereo? sustinente igitur, ut ultro in argumento progrediens extraneas memorias cum illis Nostræ Hetruriæ confundam, & unicam saltem hic rememorem, quam percipientes, nisi cor vestrum præ teneritudine finditur, aut obstupefacti à casu, admirationem non excitatis, dicere haud vereor; humanitatis sensum nequaquam in vobis reperiri.

Perurebant Metropolim, totâmq; Senensem Spartam hæreticalia Zizania unius cujusdam, an hominis, an belluæ, ignoro, cujus etiam nomen referre est ignominia, Francisci Porcarij: infelicia pervenêre nova temporum suorum, harûmq; florentissimarum Athenarum Platoni Paulo Veneto: & an ad enascens venenum nobili exandescens irâ exhorruerit, exarserit, doluerit? quem non latet, edisserat; tentavit equidem primis assaultibus correctione, & precibus

cibus horridam emolire belluam; ast flamma jam
nimium excreverat, nimiumque induruerat a-
spis: quod ergo medium creditis tunc attulisse
Paulum ad prosternendum & convincendum
superbum & omnibus invincibilem Porcarium?
Eja intueamini Vos Eum ab Astris, & abscondi-
ti sub Throno vestras quo magè valetis pupillas
detegite ò Seraphim! tantum siquidem Vestra
dignus est admiratione. provocavit Doctissimus
Paulus litterarium ad duellum perfidum Porca-
rium, hac tamen cum conditione, ut qui eorum
coram Judicibus in respondendo defecisset, pub-
lico in foro, tanquam Sacrilegij reus flammis de-
voveretur, ac cremaretur. Ambo sese ad præ-
lium hætenus inauditum toto *Spetante Patrum
Senatu*, accinxere: breviorique tempore, quam
hæc edixi, Paulus Venetus triumphans venit,
vicit, non vidit Porcarium, unòque tantum con-
flictu à luto Porcarij senas extraxit: se ipsum ab
ignis tormento eripuit, ac Fidem Romanam op-
probrio subduxit. O victoriam exclamabo,
æternâ memoriâ semper dignam! ò memorias,
exclamabo, illo tantum dignas, qui eas reporta-
vit! ò *victoria*, dicam cum Tullio, *omni memo-
ria dignior, quâ nec suavius unquam nec fortius,
nec præstantius potest audiri!* Vos interim AA!
quid dicitis? & quid Paulus Venetus sub tyran-

nis non e gisset, si tanta pro fide hic inter nos est operatus? Legi profectò fortitudinem (si digna sit fortitudo censerì) Torquati, Curtij, Brutì, Leonidis, ac mille aliorum, qui publicum ob bonum (dicam meliùs) ob Philautiam suique ipsius amorem, ærarium, cruorem, & vitam tyranno obtulerunt ferro: ast de eo, qui ut Meus Heros, qui ut Paulus Venetus nec obstrictus, nec quæsitus, nec jussus suâ se sponte ad moriendum obtulisset, & ad moriendum tantum pro Christo, nec unquam legi, nec eum conspexi.

Diu hæsimus in meridie, in progressibus videlicet hujus magnæ silvæ, & benè, etsi feriùs, adverto, quod dum in singulis detinemur, non servemus præcepta dicendi. Verùm enim verò quid faciendum? nam si ad unum concelebrandum facinus progredior, mille alia prætereo, unum si amplector, multa elabuntur: rapidi proinde ad instar fluminis omnia quidem amplectentis, ast nihil fecundantis, & ego quoque omnia amplectendo absque anteriori virium mearum perpensione, aliqua enumero, aliqua confundo, meque, quod nihil dixerim, reflecto. sed tamen Vos mihi suggerite AA! & quæ certissima est conjectura, res ipsas interrogate. Perlegite Vosmetipsi Annales, & dein pro nostra fide edicite, quid gloriæ, quid

quid pietatis, quid ueræ scientiæ alijs in Religionibus effloruit, quod in hac non fuit; aut ab ipsa in alias, utpotè tanquam à capite & antiquiore non profuxit? Et quid ei Romani defuère Sacri Collegij Purpurati? defuère Archi-Episcopi Toletani? Venetiarum defuère Patriarchæ, Senatores Carthaginenses, Imperatorum Secretarij, Principum Legati, Moderatores Regnorum, Fundatores Religionum, Sacrorum Conciliorum Præfides?

Minimè hic ego ad obscurandas alienas glorias indicis medio provinciam assumpsi: loquatur tamen quodcumque libet, ac si valet sese opponat perfidia, loquatur, & dicat ipsa, cui magis, quam Philippo Bergomenfi, aut Panvino sit obstricta Historia? dicat, cui magis, quam Billio, Dulciato, aut Calepino sint Artes Liberales obligatæ? dicat, cui magis præ Jorchio, Alberto à Saxonia, Martino Radensi, ac Calancha mathematicæ scientiæ teneantur? Nobis pro Rivio, Ficino, Djonyfio à Burgo Montaltio, ac Bernardo Tolofano est devincta Poëfis. Nobis pro Alberto Patavino, Marianno à Genazano, Francisco à Castro viridi, Brandolino à Florentia, Fonseca, Valderama, ac Hurtado Ars Oratoria. Nobis pro Alphonfo à Vera Cruce, ac Paulo à Venetijs, Dialectica; pro Augu-

ftino Anconitano ac Novello Juris prudentia :
ac pro Jacobo à Valentia, Simone à Caffia &
Urbinate, Scriptura. Noſtri fuère Alcuinus Ca-
roli Magni Secretarius : Noſter Aurelius Caf-
fiodorus honor & decus Togæ : Noſter Guilel-
mus Durantes Sacrorum Rituum corona : No-
ſter Jacobus à Tolofa vocatus Magnus : noſter
Felix à Prato : noſter Henricus ab Urimaria : no-
ſter Dionyſius Vaſquez dictus oraculum Ponti-
ficum ; totque alia oracula, quot Scriptores : no-
ſtri fuère magna illa lumina quæ direxere Sorbo-
nam : noſtri Michaëi à Maſſa, Gerardus à Senis,
Alphonſus à Vargas, Joannes à Lana, Thomas
ab Argentina, Alexander à Sancto Elpidio, Ja-
cobus à Viterbio, & centum alij Columnæ om-
nes excelsæ, quæ ignem & nubem ſapientix &
humilitatis evomentes inclytam illã ſuffullerunt
Academiam, quæ ſemper extitit ſapientix De-
lubrum. Quid verd penes ediferam de illis, qui
quasi generoſæ aquilæ ima contemnentes *ma-
gnis alis, multiſque plumis* primi ſeſe evexerunt
ad detegendos venuſtos virtutis colles, ſapient-
temque poſteritatem ſuorum magnorum lumi-
num ductu edocentes vias veri per ignotam ſe-
mitam ad apicem direxerunt montis, & fructus
Cedri diviſerunt ? Tales fuère bini illi Veterani
Sapientix Magiſtri Ægidius Romanus dictus
Fun-

Fundamentalis, & Gregorius Ariminensis, ille,
 quo (nisi falsæ sint memoriæ gravis Sabellici)
 nullus post Divum Patrem Augustinum nec
 melius, nec uberius scripsit: iste, qui gloria
 & corona Nominalium scholæ, dignus fuit ab
 Universitate Sorbonica Nomine *Autentici* deco-
 rari, quia *nullus Academiae* (excerpti hæc à bo-
 no Auctore) *auctoritati Gregorij, nullus unquam*
refragabatur, Tales fuere Tubæ illæ Evangelij,
 Simon à Cassia, Sanctus à Cora, Hermanus Ha-
 lensis, Alphonfus ab Orofco, qui omnes impetra-
 tâ ab æthere sapientiâ auditi tantum tono vocum
 suarum depopulabantur nemora Cades, & Tem-
 plum Neophytis turbis replebant. Tales fuere
 Philippus à Mantua, Hugolinus ab Urbe Veteri,
 Alphonfus à Corduba, Nicolaus à Fabriano, A-
 lexander à saxo ferrato, de quibus, si cum docto
 Volatterano edicerem, quod tunc nec Italia pa-
 res ijs, nec superiores conspexerit, haud rem à ve-
 ro dissitam proferrem. Tales denique fuere Ægi-
 dius Pisauriensis, Deodatus Senensis, Ambrosius
 Neapolitanus, Periera, Peraltus, Stradella, Fon-
 tana, Solera, Ricardottus si minus noti, haud mi-
 nus facundi; & si omnium sint extinctæ Memo-
 riæ, numerum præ omnibus augebit Ægidius Vi-
 terbiensis, de quo Sabellicus & Bembus Cardina-
 les summæ æstimationis & judicij, uti Orbi est in
 com-

en
Petrarcha,
Angelo Vol-
tiano,
Pouzano,
Volatterano,
Sisto Se-
nenfi,
Pico Mi-
randulano,
& alijs.

comperto, veriti non sunt asserere: quod si omnes
 pulchriores scientiæ & Bibliothecæ in cineres re-
 ductæ fuissent, Uno in Ægidio Viterbiensi univer-
 sâ reperiri potuissent. Quid ultra edicam? si om-
 ne principium sit finis & causa sui causati, atque
 idem omne ens redit ad finem & principium un-
 de prodijt, & cum nostri fuerint Magni illi, qui in
 famosis scholis Sorbonæ Papiæ, Bononiæ, Co-
 mimbricæ, Valentia, Duaci, Viennæ, Mexici pri-
 mi docuerunt scientias, non hîc asserere pertime-
 sco: quod quantum hodie æstimationis ac Lucis
 Liberalibus inest Artibus, totum in Ordinem
 Nostrum tanquam in tanti boni causam ac prin-
 cipium sit refundendum. Et tamen, perennent
 semper Augustinianæ Memorix! vel ad melius
 dicendum, perennent tantum Victoriæ Numi-
 nis Exercituum! non hîc hæserunt Magnitudi-
 nes: quot Ordines Regulares, Mendicantes, E-
 questres, Callatravæ, Melitenses, & quot post
 Nostrum in Ecclesia resplenduerunt omnes ab
 ipso, utpotè ab antiquiori *regulam paucis excep-
 tis, & præcepta vivendi sumpserunt.* Igitur si glo-
 ria fontis sint flumina ab eo scaturientia: si gloria
 Matris sint filij ex ea geniti, *quantæ bujus Religi-
 onis sunt gloriæ,* quæ tantorum Filiorum, quot
 videlicet sunt Sancti aded sublimes, *sapientiâ &
 Devotione letatur?*

Ordines
 supra 29.
 qui Regu-
 lam Augu-
 stinianam
 professi sunt
 ex Possivi-
 no.

Eten, ut sensim se se Vobis AA! ad conspiciendum præbent alti progressus & Magnitudines spatiosi hujus maris, quantumcunque nimis perspiciam, quod profundum non detexerim, *quavis multos evaserim sinus*. Verùm, quid mihi agendum? expers, ut audistis, in copia aded felici ingenio, ac luminibus, huc atque illuc absque regula & ductore excurro, & incauti more naucleri, qui quocunque prospicit, offendicula veretur, pariter & ego ad quamcunque flecto partem alios ac alios intueor scopulos, meque denuð in littore reperio. Exaravit Plinius, quod qui exoptabat pleniores ac fideliores Orbis Romani notitias, minimè auditui credere deberet, sed si poterat, solus proprijs observare oculis situs & confiniâ Provinciarum, & sanè de se ipso loquens Divus Hieronymus asserit, quod nequaquam antea studio litterarum incubuerit, nisi postquam erudito oculo ac visu universam perlustravit Palæstinæ Provinciam: *antequam provinciam circumirem* (suo Rogatiano scripsit) *quam universæ Christi Ecclesiæ sonant*.

Et hem! si hìc ego ut Xerxes ascendere possem ad Athi cacumina super excelsam turrim, ac inde unam post aliam evocare Augustinianas Provincias ad enarrandum proprio idomate Memorias, & portenta Nostrorum! benè prævideo, quod

quod actæ à júbilo unacúm stupore admiratio-
nem ingererent; sed in materia aded uberi *in ipso*
conatu ultra vires ausa succumbunt, quantoque
majus fuerit quod dicendum est, tantò magis obrui-
tur, qui magnitudinem rerum verbis non potest ex-
plicare. Attamen ut Jesus Sidrach non valens
Gentis suæ victorias in compendio restringere,
cathalogum tantùm eorum retexuit, *qui in*
diebus suis habentur in Laudibus quatenùs ab ijs
arguere valeret Lector Gloriam & magnitudi-
nem Hebræorum: sic quoque & ego transcur-
rendo quid magni quid heroici Nostri egère, eo-
rundem Nominum solùm umbram insinuabo
Vestro derelinquens iudicio, quod & discursu &
tempore nequeo comprehendere. Ego (hictota
lugubris, infertisque collo ac pedibus Wandali-
cis Æthiopicisque catenis ad dicendum exordire-
tur Africa (ego floridius semel Ecclesiæ Viridari-
um, liliùmque fragrantius Venustæ Augustinia-
næ Eremiti, nunc lachrymabili catas trophe erro-
rum tantùm effecta Lerna, ego inquam Magistra
ac Parens extiti illius ingeniorum Aquilæ, quæ
alias meis in regionibus semper Ecclesiæ regene-
rans, conspexit novus Evangelij Abraham sese
rore benedictionis sanctorum omnium irrigari,
& diffundens à mari ad mare eximia suæ lucis se-
mina in uberi suorum Natorum messe suspexit
stel-

stellas cœli, dùm rectè stellarum adinstar filij ip-
 sius in me resplenduerunt, & ego ut stellas haud
 potis sum eos enumerare: utinam incultum me-
 um idoma ac barbaries exaudirentur! audiretis
 sanè, tunc haud rariora monstra visa fuisse in Ec-
 clesia, neque Ratim Petri majores lampades ag-
 novisse. Sum tamen Africa, & etsi illachrymer,
 extiti secunda sanctorum Parens, atque ad me
 unicam licet hostem suis in tribulationibus & ne-
 cessitatibus vicina recurrebat Italia, tunc etenim,
 omni amoto dubio, in me sapientia residebat, &
 Veritas effabatur. In me jucundæ Memorix,
 sed mei doloris tormentum! etiamnum peren-
 nant Carthaginis, & Milevis: hinc sanctissimus
 Patriarcha adversus Faustum disputabat: ibi Ali-
 pius & Possidius è cathedris fulminabant: hinc ^{ex Flavio}
 crudelem adversus Hunericum septem depug- _{Dextro}
 narunt Pugiles: ibi Evodius, Parthemius, Seve-
 rinus, ac Gaudiosus floruerunt: hinc erigebantur
 sanctuaria Trabacense, ac Tagastense: hinc Hip-
 pon; hinc Bigue: hinc Calama: hinc denique littera-
 torum Athenæ: hinc doctiorum Academia: hinc
 docti religiosiores: quoadusque ejecta à me cum
 Fide Religio, utpotè ab indigna, Eremus paritèr
 excessit Augustiniana, ast adèd felici exilio, quod
 ut Judaica persecutio plurimùm Ecclesiæ profuit,
 & fidem seminavit per omnem Mundum, ita &

Wandalica Religionem ac Regulam exaltavit Augustinianam.

Et ego, triginta & ultra vocum repercussione desuper Appenini juga, triumphans ediceret Europa, ego inquam apricioribus in oris Parthenopes, Hetruriæ, Germaniæ, Hispaniæ, ac Gallici profugos tunc Magni Augustini Natos suscepi, quamtúmque mihi antea damni, ac terroris exercitus nunquam devicti & feri Africani attulerant, tantundem penes solatij ab hoc invicto & pugnaci agmine recepi. Trophæa sui ausûs sunt universa Hirlandiæ insula à Magno Patricio baptizata; Scotia à Palladio; à Germano Anglia: & à Severino Pannonia. Trophæa sunt sanctuaria Neridiana, Benchana, Jurana, Lerinensia, Agena, Sislana, quorum minimum est luminosum æther Salamanticense, de quo fert fama: quod post obitum Joannis à sancto Facundo semper in eo habitaverint & floruerint Beati. Trophæa sunt synagogæ malignantium prostratæ. Trophæa sunt statux honorum in Academijs erectæ. Trophæa sunt devicti & exusti errores hæreseos, quæ ad conspectum tantùm horum invictissimorum fortium bellatorum meis excessit à Regnis, ac suo cum viru disrupta antiquas in paludes sese abdidit. Ita universæ una eloqui voce possent triginta quinque amplæ Provinciæ quæ
mea

mea coronant Regna, perciperetis perspicuè,
quod quantum unquam honoris & gloriæ Africanæ Eremo inerat, tantundem in me fuisse collectum, atque in me unica recuperasse quantum in Africa amiserat. Sed quæ admiratio? natus est in Africa Magnus Augustinus, sed in Italia Fidei est renatus: obiit in Africa, sed in Europa etiamnum suo in Tumulo vivit, ac è tumulo etiam sepultus eximij sui ardoris lucra & reliquias effundit.

Memorias adhuc venustiores præbere ego possum, diceret Asia, ubi Eremus Augustiniana tanquam hortus voluptatis meæ telluris fragrantiam aureis exornavit malis, unúmque Paradisum alteri copulavit. Venerê ad me ex Europa Simon Morales, Antonius à Govea, Andreas ab Urnadetta, ac Alphonfus à Vera-cruce, qui verè Angeli veloces omne irrigando virgultum omnémque scopulum, malè enatam & serpentem paulatim eradicavêre & extinxêre labruscã, meque in Vineam Engaddi convertêre. Ipsius meæ obstrictæ sunt Ecclesiæ: ipsis Malabaribus Provinciæ: ipsis Magor: ipsis Moluchæ ac Philippinæ: ipsis Cinceum: ipsis Comorinum & Soccotorra: ipsis Armutia & Bambassa: ipsis Bengalla, Quiola, Gao, Sinæ, Pati, Malaccha. Quid ultra proferam? quantum Ganges in me sese extendit,

quantum Tigris, quantum Euphrates, ipsi cuncta in circuitu paradisiacis humectarunt Missionibus, atque in ubertate aded beata, quod credebam, antea mihi defuturas vires, quam ipsis fortitudinem, aut nemoribus meis patibula, quam ipsis patientiam. Ipsi omnimodè vicerè, meum tamen solumodò lucrum extitit, dum duodecim mea Regna ab ægyptiacis tenebris Nestorij ac Machumetis ad Floridam terram Gessen transivère, & ego velut drachma Evangelicæ mulieris jam amissa, eorúmque dein luce reperta in Gremio Ecclesiæ recumbo.

Hoc tamen etiamnum nihilum est, Regiones Orbis penes exclamarent, ubi bellatrix hæc acies per cruoris & ignis æquor explicans ad ventos carbasa & spes ad Deum *ascendit mare in navibus & fecit operationes in aquis multis.* Hic adhuc clara sunt nomina Joannis Estatij, Didaci ab Herrera, Andreæ à Salazzar, Georgij à Rosa, Alphonfi à Vera-cruce, qui Mexici, Peruvix, Chili, Quitti, & Mechoacani desolando Idololatricam, erigendo Religionem, proterendo infidelitatem antiquas repararunt ruinas, vitarunt præfentes, & adeptione ac lucro unius orbis id recuperarunt Ecclesiæ, quod Germaniæ Draco in Europa destruere conabatur. Victrices adhuc germinant palmæ Didaci ab Ortiz Peruvix Pro-

to-

to Martyris, Georgij ab Avila, Augustini Co-
 ronæ, Joannis Ximenez, Petri à Zunica, ac Al-
 phonfi Borgiæ, qui in illo novo amplissimo mun-
 do mundum neophytarum generantes palma-
 rum, sanguineis confirmarunt probationibus,
 quod de Augustino ejusque filijs tunc loqueret-
 tur Isaias : & ædificabunt deserta à sæculo, & rui-
 nas antiquas erigent, & instaurabunt civitates de-
 sertas dissipatas in generationem, & generationem.
 Non igitur fuit partialitas : fuit justitia, fuit reli-
 gio, quod ille religiosissimus Cyrus, ac unâ Ze-
 losissimus Religiosorum Promotor Magnus Ca-
 rolus Quintus, auditis perceptisque palmis ex
 Indijs à Nostris relatis, Regio diplomate Provin-
 ciarum Præfectis ordinaverit, quatenus ubicun-
 que opus foret publicis erigerentur sumptibus
 Monasteria & Collegia Ordinis, addens, quod
pro messe aded in clyta Augustinianos sæpè delege-
rat, quia bujusmodi viros invenerat pecuniæ mi-
nus avidos, & bumilitatis magis amantes. Insu-
 læ denvd omnes, & Europæ Regna compare-
 bunt, & edicent : non extitisse in Hispania, Gal-
 lia, Italia Eremitorium, in quo aureis illis sæcu-
 lis Donati à Numidia, Guilelmi ab Aquitania,
 Joannis Boni à Mantua non floruiisset solitudo,
 atque iterum è cælo primigenia ad nos non des-
 cendisset innocentia. Eximium sequentur trium-

*en Bona-
 ventura
 Sallines
 apud Brullis
 um l. 4.*

phum Provinciæ Ultramontanæ; Hungaria suum proferet Vitum, Polonia suum dabit Isaiam, Bavaria suum Fridericum, suum Jordanum Saxonia, Cannariæ suum Thaddæum, suum Montojam Portugallia, suum Støreum Anglia *Viros omnes misericordie*, quorum meritis post Deum & Pontifices debet Europa primam illam magnam Unionem, quæ tunc tantum gloriæ ac fructûs Ecclesiæ attulit, & quâ mediante sese dein aded in Indijs, in Brasilia, in Æthiopia Eremitæ Coloniz diffuderunt. Nihil conspexit, reponet Terræ Sanctæ Provincia, qui in obsidione Rhodi & Mothonæ, tela inter hastas, accruces bina illa eloquentiæ fulmina Philippum à Penabile ac Nicolaum à Tolentino non fuit intuitus suis magè verbis, quam milites bellicis tormentis impium perterrefacere Mahometem; & post facinora aded conspicua refectos potius à vulneribus, quam lauciatos, desuper victoriosos Turcarum arcus erigere trophæa, suosque signare triumphos. Ignorat quid sit fervor, subdet Portugalliæ Regnum, qui ignitam ardentem animam mei Thomæ non vidit in Marochianis carceribus scholam aperire charitatis, obque atramenti defectum, cruore exarare mysticum volumen ærumnarum sui Jesu, neque sanè unius Dei vulnera meliùs confirmari poterant, quam cruore

ex Joellino.
Velaterra.
mo. Fontana
& alijs.

& digito unius alterius Thomæ. Nunquam quid sit admiratio suspexit, subjunget Insula Hiberniæ, qui ad voces Magni Patritij immobiles permanere non perspexit ætheris Sphæras; utque ipse dein pro totius triumpho coronide idololatrarum stragem prosequeretur, ex undecim continuis diebus unicum fieri diem, solemque præstupore & júbilo per undecim detentum dies eidem pro face famulari. Non audivit, quid Christiana sit constantia, deprædicabit Gallia, qui Namurci admiratus non fuit Andream à Quatiebras cavæ inclusum vivum à Calvinistis longioris & crudelioris necis causâ sensim excoriari: eum tamen ita excoriatum antequam mortuum, nec ullum vel minimum vilitatis præbere inditium, ut ipsi ancipites hærent carnifices, an ferreo illo in pectore cor carneum, an verò corde in carneo anima quædam aurea hospitaretur? Non percepit, quid Christiana sit fortitudo, dicet Hispania, qui in tredecim annorum spatio meorum Pugilam ac Thomæ à sancto Augustino ductu non perspexit octingentos invictissimos Martyres Mantellatos Augustinianos, ne à Fide Dei sui abstraherentur, se ipsos ad flammam offerre, ac ipsis flammis ardentiores, in Japonensium & Barbarorum petris veræ & Catholicæ Fidei ignem succendere. Elevabunt palmas & voces ad Memorias

rias tam beatas uniuersa Flumina & deserta
nostræ pulcherimæ Hesperia, & edicent : id
omne, quod in Hispania, in Germania, in Gallia,
in Belgio ut eximium floruit, refundendum
in ipsam, quæ inuictum & fidele antemurale,
totum Europæ neruum, & Eremitæ gloriam sus-
fulsit. *In omni ore*, exclamabit Sicilia desuper
mæ Hiblæ favos *indulcabitur memoria* mei Au-
gustini, qui calcato mundo ac aulâ, Aulæ Man-
fredi Regis Hetruriæ cavernas prætulit, dignus
tunc cum fugit Regno, & nunc dignior Regno,
quia sic benè fugere non ignoravit. Efferet Cam-
pania Zampanum & Guilelmum à Tartia, istum,
qui Cedri ad instar integros plantavit palmarum
libanos : illum, qui idea originalis, ac ectypon
alterius Francisci atris è carbonibus pro Deo e-
mendicatis lac, & à candidioribus lacte frag-
mentis in confussionem avarorum & tyranno-
rum, cruorem expressit. Celebrabit Picenum
Antonium ab Amandula, Hieronymum Gie-
rarducium, & Jacobum Anconitanum, pri-
mum, qui novus Elias pro suo beneplacito *Ver-
bo Domini cælum continuit* : alium, qui *Superio-
ri suæ signum puritatis efflagitanti*, eleuavit è sa-
rcophago manum : eique fasciculum florum por-
rexit : & tertium, qui extremus constantiæ co-
natus & simulacrum, totus ante mortem scatens

vermibus, hos ut Job eradebat è plagis, eosque iterum in plagas, quod Job non egit, reponebat. Proferet Æmilia Joannem à Lanna Sorbonæ Cathedaticum tunc verdè Bononiæ ad Divum Jacobum Superiorem, qui publicè profcissus, ac in una genarum sauciatus, nobili vindictâ alteram suo percussori præbere non dubitavit, atque id vultu aded hilari, modisque aded divinis, quod illorum temporum homines jurare consueverint (factum quod non edicerem, nisi ab Orbe scriptorum comprobaretur) publicè per Nomen Joannis à Lanna. Efferet Insubria palmas extaticæ à Binalco, Philippi à Parma, Sfortiæ, Turriani: & præ ceteris unicè solum recensabit Cherubinum ab Avigliana, Cherubinum talis innocentix, qui è cineribus etiam puritatem exhalans, sacro à cadavere messim liliorum progerminavit, prophetiam illam verificans, quod *ossa sanctorum quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini in servis suis.* Aperiet Umbria sepulchra Magnæ Ritæ à Cassia, Petri ab Eugubio, Andreæ à Monte Regali, quorum corpora adhuc spirantia *pubulantia è loco suo post mortem propheta verunt* flagella & iram Numinis, addetque: signa aded magna, ac portenta in se facta fuisse, quod si Univerfa Fides ac Mysteria Passionis & Trinitatis obliterarentur, cuncta in Corde & felle Claræ à

Monte Falco vivis cruoris & amoris characteribus expressa adinvenirentur.

At ubi aded ab Hetruria, ac à Nostra pulcherrima Italia diffitus, Italia inquam, quæ adinstar fulminantis Aquilæ semper Europæ nervum, & Eremi gloriam fulsit, memorias emendico AA! DEUM Immortalem! & quos sanctitatis odores, quas æthereas fragrantias etiam nunc non redolent in Veronica, planities Insubiæ, in Christina Arni oræ, in Guilelmo Pifanæ rupes, in Rita, in Clara, in Clarella, ac in centum alijs Umbriæ valles? Satis est in unicam præcedentium comprobationem edicere de Italia Augustiniana, quod ex duodecim vastis Provincijs quas suo circuitu complectitur, Conventus, specialitèr ex primarijs, in Insubria, Emilia, Umbria, & Piceno, non reperiat, qui plurimos sanctos, & Beatos Cælo non pepererit. Et utinam hïc ego spiritum, ad me denudè a capite reficiendum, haberem, vel Vos patientiam ad me auscultandum! ostenderem fanè, ex folis fastis Hetruriæ, quæ tamen est Ordinis angulus, præberi mihi campum reeruendi, & requirendi Memorias tam decoras, quod dicere haud verear: si alibi Augustiniana non floruisset Eremus, posset tamen coram pluribus etsi nobilibus, & antiquis familijs vultum detegere, deque
illis

illis & Gloriæ & magnitudinis extolli fertis, quæ hucusque enarravi. Et profectò AA: quis sacræ eloquentiæ torrens hîc cursim magnificabit (nimium dixi) restringet saltem Decora Nobilissimæ hujus Spartæ, cui etsi potiori ex parte ab edacitate temporis plurima sint obtrita: sunt tamen ei adhuc multa aded eximia, quod audita tantumodò, audientis perterant silentium, & memoriam confundant recensentis? Et quid aliæ habuêre Provinciæ, quo Hetruria caruit? vel ad meliùs proferendum: quid aliæ omnes habuêre, quod in ipsa, ut in Metropoli & Regina Provinciarum collectum non extitit? Fors hîc defuêre Cathedris Lauri, Pulpitis Palmæ, Evangelio Tubæ, Oracula Templo, Ecclesijs Insulæ, Vaticano Candelabra?

Vos in testes advoco ò decora Nobilitatis Lumina! Vos edicite: quoties soli hujus inclyti Monasterij Alumni scandali munitiones prostravêre? quas & quoties pœnitentiæ Ninives erexêre? quot cruoris ebrij ante eorum pedes deposuêre? quot in Templo Divinum cultum introduxêre? quot Foro pacem? Tribunalibus justitiam? sapientiam Academijs? Dicant id, nec adversor, Deodatus, Alexander, Gerardus, & Nicolaus Senensis: dicant, Finus à Pisis, Ambrosius à Florentia, Galganus à Volateris, Augusti-

nus ab Aretio, & Philippus à Monte Politiano, ex quibus alius aureis linguis Generalibus in Concilijs defendit Fidem: alius ignitis calamis hæresum absumpsit chymæras: alius Infulâ exornavit Ecclesiam: alius victricibus puritatis, Martyrij, & doctrinæ palmis Evangelium condecoravit. Verùm quorsum hïc iterum à dicendi ardore abripior? Spiritu, lateribus, ac voce deficio AA!

*Nec mihi si linguæ centum sint, orâque centum
Omnia Sanctorum restringere nomina possum.*

Sic igitur, ut me tempori uniformem, Illiadem prætereo Beatorum: prætereo lilia etsi florentia Hugolini à Cortona, Matthæi à Luciniano, Petri à Camaro, & Antonij à Monticiano; nil eloquor de antiquissimis sanctuarijs Rosiæ: reticeo Tirlum, & S. Leonardum, Vallem asperam, & Montem speculum omnes montes & Urbes refugij: atque ad Te unicam ð Convallis Mambræ: ad Te ð Visionum Oreb: ad Te ð pulchra Getthemani & Thebais Illiceti meam converto orationem: Tu nobis ð Athletarum Nemo effare quot lilia puritatis tuis in rubis efflouerint? quot mortificationum myrrhæ tua antra sacra verint? quot Lumina Nobilitatis tua in solitudine effulserint? Tibi non aliter ac Voluptatis Horto (nisi sit minor comparatio) quovis
tem-

tempore fructus fuêre, neque tuis sub plantis unquam serpentes mortis latitarunt. Tu ad instar novi olympi *familiaris DEO gaudens* propius epotasti manna & antiquorum collium rorem, ac ubi ad montis latera sæpius inundarunt tempestates, corruptellarúmque diluvia, tu semper à fulminibus nimbisque insons, tranquillitate es fruita. Tu non dispar felicibus plantis tilliæ, quæ, nisi noster mentiatur Augustinus, neque ab æstu, neque à brumæ rigore suam primeginiam unquam amittunt viriditatem, primam severissimam disciplinam semper conservasti, atque ubi alijs in Provincijs tribuli, & spinæ succeverunt, in Te unica effloruit observantia. à Te ò Paradisi Viridarium in quo veri vivunt hortulani vitiorum spinas eradicantes (sunt ipsa verba Vestræ Magnæ Seraphinæ) & virtutum radices plantantes, à Te inquam, copiosæ prodierunt Heroum silvæ: à Te Beati Marecotus, Incontri, Accharigus, Tancredus, & Aggazerus: à Te Gighius, Piccolhomineus, Bandinellus, Regolinus, Petronius, Ugolinus: à Te Spannochius, Balzettus, Salimbenus, Alexandrinus: à Te Landucius, Cigonius, Nutius, Rubbeus, Tantucius, Patricius, Scotus, Binus, & Cerretanus, omnes sydera, quæ Natalium fulgoribus copulantes sanctitatem, Lumina talia Religionis & tam co-

pioſa in Te plantarunt, quod abſque ulla hyper-
boli: unica tantum Hetruriæ Sylva pluribus præ
integris Provincijs plures Divos produxit. A Te
d'inclſta fortium turris, & armata choris Sunami-
tis, à Te egreſſi ſunt Religionum Patriarchæ, à
Te Evangelio Apoſtoli, à Te Gentibus Prophe-
tæ, à Te Fidèi Martyres, à Te Eccleſijs Mitrati,
à Te Sorbonæ Magiſtri, à Te Ordini Columnæ,
à Te Cardines Sacro Collegio, ad Te unicam
contemplandi gratiâ tua mirabilia, advenêre Gre-
gorius XII. Martinus V. Eugenius IV. Pius II.
Romani Pontifices, ad Te Archi-Epiſcopi Me-
diolanenſes, Siciliae Comites, Galiarum Dynaſtæ,
Mantuanæ Duces, ad Te Portugaliæ ac Lotha-
ringiæ Magnates, qui omnes attracti ac rapti à
myrrharum tuarum odore, elinguem publica-
vère famam de tuis laudibus effuſam, ac majore
Tuis inclſtis in Natis ipſâ etiam famâ à ſe
percepta ſanctitatem reperêre. Ad Te tanquam
ad perfectionis Palæſtram profecti ſunt Guilel-
mus ab Aquitania, Franciſcus ab Aſſiſio, Phi-
lippus Benitiſ, Bernardinus Albizeſchus, Ca-
tharina Senenſis, Galganus, Sanfedonius, Bran-
danus, & Columbinus, qui à Tuorum ardore
ſuccenſi hoſpitati ſunt ut Angeli, & dein ut Se-
raphim ſunt egreſſi. Verùm quid eloquor? ve-
nêre ad Te non ſolum ab Europa, ſed ab Africa,

ab Ægipto, à Syria, à Thebaide integræ silvæ,
Divorúmque Colonia: *que ubi vulgò cognita
sunt* (sunt unius Purpurati verba) *populi latè
moveri, rem passim vulgare, locum petere, pa-
cem veniamque postulare, ut proverbium esset:
Angeli ad Illices. O Illicetum!* hic igitur læti-
tiæ Lacrymis exclamabo, *verè illicium san-
ctorum!* ò *Silva Sanctorum magis, quam plan-
tarum radicibus virens!* ò *Desertum Cbristi flo-
ribus vernans!* ò *solitudo in qua illi nascuntur la-
pides de quibus in Apocatyphi Civitas Magni
Regis extruitur!* ò *Eremus familiaris DEO
gaudens!* atque Sanctuarij velo totam obtegens
gloriam, solum edicam, quod aded in sublimi
gradu fervor, solitudo, ac silentium in te florue-
rint, ut ne populorum concursus alicui foret
præjudicio primigeniæ antiquæ observantiæ,
præceperint (res verissima, at & auditu incre-
dibilis) præceperint Tui Superiores sub rigorofo
obedentiæ tenore Divis jam defunctis, ne ultrò
miracula patrarent, magis aureæ illæ Animæ
cum Parente Augustino diligentes observan-
tiam absque miraculis, quam miracula absque
observantia. Quis autem Vobis AA: ad mira-
cula tam excelsa, ad portenta tam sublimia est
sensus? Deum Immortalem! & quot miracu-
la unum tantum complectitur miraculum? mi-

raculum, quod superior ex Zelo quo pro Ordine flagrabat miracula prohibuerit: miraculum, quod Divi jam defuncti huic obtemperaverint præcepto: & miraculum, quod expirato per orbitum superioris dicto præcepto, Sancti ad patrandam miracula sint regressi.

Argumentetur nunc itaque cui iudicium suffragatur, & ab uno tantum Hetruriæ angulo dimetiens amplitudinem, splendorem, varietatem quadraginta & plurium Provinciarum magnum hoc Corpus componentium, erigat caput, nobis que referat, num Summi erraverint Pontifices Ordinem Nostrum, Ordinem & Familiam fecundam Sanctorum appellantes? referat, num suis in Visionibus decepta fuerit Veronica à Binasco: Beatos Augustinianos excedere in numero aliorum Beatos suspiciens! referat denique, num à verò sapientes illi Scriptores deflexerint, qui cautiore & acuratiori oculo veritatem libantes afferere non sunt veriti, *quod omnes ferè ordines huic comparati, appendices videantur istius.*

Ast nimium, nec perpendi, Vobis jam molestus tanta longitudine extiti AA: & tamen et si opus sit terminatū necdum est perfectum, *multa abscondita sunt majora his*, ac ex hæctenus enarratis, solum quod minus est, factum est palam remanente majori etiamnum abscondito,

*Isolanus in
ejus Vita.*

*ex Gene-
brando.*

pauca enim vidimus operum ejus. Et hic AA. recordor sapientiae Magni illius hominis de quo exaravit Ecclesiastes, quod postquam summo cum animo hostiles sustinisset assultus, suamque Civitatem defendisset, *nullus deinceps est recordatus hominis illius pauperis.* Ita est profectò, vixere, nec dubito, vixere inquam primo illo in fervore Heroes, vixere sapientes, vixere fortes, sed quid? de aureis animabus primam antecedentibus unionem possumus id in veritate asserere, quod de Græcis ante Agamemnonem musa concinuit Horatij

Vixere fortes ante Agamemnona

Multi sed omnes illachrymabili

Morte carent, quia Vate Sacro.

Et tredecim siquidem sæculis à fundatione Ordinis jam effluxis, quatuor solummodò sæculorum nobis constant memoriae: ac è recentibus (ò incuriam eas non conscribentium! ò injuriam eas rapientium! ò *humilitatem eorum qui Deo integros Eremiti labores divinae charitati potius quam hominum existimationi consecrantes, parùm aut nihil scribi de se passi sunt*) vix non omnes amimus. Consolemur tamen AA: ex corde loquor, consolemur inquam, & si non aliud, semel saltem nostras celebremus miseras. *Reliquerunt nomen nostri inclyti Antecessores narrandi lau-*

des eorum, & sunt quorum non est memoria. Exi-
lit mihi cor è pectore, quod quocunque oculus
per deferta & dumeta Africæ prospiciat, aliud
non intueatur quam corpora, & calvarias mar-
tyrum à pedibus idololatrarum protritas, ac unâ
cum ipsorum sepulchris eorumdem pariter Ma-
gnorum Nominum memorias obtritas, *bi sunt
quorum non est memoria.* Intueor pœnitentium
Myrrhas Beati Didaci Oppimensis, Bictrinorum,
Vallehirsutorum, Fabalensium, Rupecaven-
sium, Centumcellarum, Turripalmensium,
qui omnes Paradisi adinstar prima illa in unione
concurrerunt ad efformandum hoc magnum
æther, & *sunt quorum non est memoria.* Circum-
dor undique legionibus Anacoretarum, qui om-
nes extillantes è vertice pedibus, manibûsque
myrrham mundo penitus emortui vixerunt, vel
si vixerunt ante *mortem in cælum rapti* desuper
charitatis currum obierunt antequam obierunt,
& *sunt quorum non est memoria.* Perstringunt
oculorum meorum aciem luminosa millia Vir-
ginum, quæ terrenæ, sed *supra terram* Heliotro-
pio haud dispares post splendorem formosi sui
Phæbi cucurrerunt, & *sunt quorum non est memo-
ria.* Meo se præbent obtutui Oringa à Valle Ar-
ni, voce solem detinens; Jacobus à Cerquetto
ranis silentium indicens; Hieronimus Gerardu-
cius

cuis siccus pedibus absque phasello aquas fluminis Usentis tranfuadans : Germanus Parisiensis cantu flammam extingvens : Jodocus ab Anglia aridis è pumicibus unico nutu aquas eliciens, & sunt quorum non est memoria. Conspicio Jacobum ab Herrera, ac Hieronymum à Marino se ipsos tyranno vendere aliorum coemendæ libertatis gratiâ; conspicio integras captivorum urbes ad voces Leonardi catenas frangere : legiones mutorum, coecorum, surdorum, contractorum, febricitantium prodigiis coram tumultibus Georgij à Veruccio, Clementis ab Auximo, Antonij à Mediolano, Joannis Boni à Mantua, Christinæ ab Aquila pristina vitæ officia reassumere, & sunt quorum non est memoria Conspicio, & illacrymor, sed quid erit? Sepeliat ut ut sit sive ignorantia, sive malitia præstantiores Sanctorum victorias, ac impia oblivione memorias Nostrorum prætereant: Heroes tamen illi, *illi Viri misericordie* quorum virtutes, *quorum pietates non defuerunt cum semine eorum permanent bona*, sanctitas videlicet & doctrina Filiorum, & *Filij Eorum* ringente perfidia propter illos in æternum manent. manent, vivent enim in ævum Sanctum Ptholomæus à Venetijs, Simon à Camerino, Joannes Rocchensis, Christianus à Galijs, Joannes Baptista Pogius à Genua, qui plantis

semper novellis sepes Eremiti corroborantes, in hac temporum face aureæ ætatis conservarunt reliquias, & cadentem antiquam observantiam ad primum splendorem revocarunt. Fulgebunt ut stellæ in æternitate Ancherus à Galijs, Guilelmus à Cremona, Bonsemblantes à Patavio, Anselmus à Monte falco, Arnoldus, Ciera, Coqueus, qui perdoctis calamis splendorem solis æquantes Averni adversus ausus & insultus Thronum suffulserunt Petri, & exorientes antiquas chymæras suis in nidis aggredientes, antequam enascerentur, suffocarunt. Florebit ut liliū Antonius à Fano, quia antiqua ac nova disidia inter Pontificem, & Arragoniæ Regem dicendi gratiâ exoluit, & verificans monstruosas falsitates Gallicani Herculis non aureis, ast charitatis vinculis corda devinxit. Atque iterum qua in abyssu & spontè & ultrò volutor? *suspice cælum*, de filijs Magni Augustini dicam, quod de successoribus Abrahæ ipsum protulit Numen: *suspice cælum, & numerata stellas si potes?* Intuere ibi prima inter lumina Joañem à Spelunca, intuere Avitum à Fano, Hertinodum Gothum, Franciscum ab Orvietto, Antonium à Ravenna, Ambrosium à Florentia, ac Lupum à Suriano. *Majora*, intuere decem Generales Ordinis Beatos; sexcentos & ultra sanctorum cathalogo adscrip-

tos : legiones aliaquæ millia Beatorum Aureolâ decoros. *Majora* , intuere quatuordecim sacri Colegij Purpuratos Patres: viginti quatuor inter oratores & Legatos Principum: quadringentos & supra scriptores: trecentos Infulâ Pallioque redimitos. *Majora suspice*, intuere penes quatuor Imperialia scepra, viginti septem Diademata Regum, Togas, Cruces, Ducalia sfirmata, quorum Eremita inter Lanas fulgidius emicuit Ostrum. *Majora suspice*, en inibi Beatum Joannem ab Austria, Amadeum à Sabaudia, Georgium à Rosa, Stephanum Comitem Auernatem, unum Candidæ Ducem , unumque Sfortiam à Cottoniola. *Majora suspice* , intuere Radegundim Reginam Galliæ, Antonium Apamiarum, Hartuagum Gotthorum, Honoratum Nicomediæ, Sebaldum Daciæ, Jodocum Angliæ, Ultanum, Fulanum, Furseum , Ægidiûmque Atheniensem omnes Sanctos & omnes Reges. *Majora bis, suspice cœlum*, intuere Monachos Caprariæ, Sardinia, Numidiæ, imò Monachos omnes Affricæ, qui solo numero stellis cœli æquari possent, cœlumque Beatorum efformare. *Majora suspice*, supra bis mille quingentos sanctissimos Martyres sub Wandalistrucidatos: decem millia Europæis in Regnis Northmandorum furori sacratos : non-gentos unicâ tantum die in famoso Benchenfi

Con-

Conventu : quingentos in Nobilissimo Lirinensi
Sanctuario : ducentos in Londinensi : *Majora*,
numera denique , si vales , millia in Germania
exusta ab Hussitis ; in Hispania ab Æthiopicibus :
in Gallia ab Hugonottis : in Arabia à Mahume-
tanis. *Majora*,numera legiones Novi orbis,Per-
siæ, Guineæ, Chinarum, Peruvij, Goæ, Jappo-
niæ ac Mindanai. *Majora*,numera illos Scotiæ
& Hiberniæ sub Henrico ;numera illos Belgij,
Bohemix, & Hungariæ. *Majora*,numera tan-
dem illos Marochij, Bengallæ, Chongij, Armutij,
Georgiæ, Juliæ Cæsareæ, Tunetis, Philippina-
rum, Moscoviæ, & illos quoque quos prætedio
præterire oportet, & postquam omnes enumera-
veris dic, & in veritate dices ; *quod multa abscon-
dita sint majora bis, quasi vidissemus, arbitror,
non posset totus mundus capere.*

*Admonet me & temporis & loci ratio, & re-
verentia Auditorum, ut finem dicendi faciam,
quamquam tam pauca dixerim, & tam multa
restent.* Ast quia semper proprium fuit humanæ
malitiæ odio habere præsentia, Laudare præterita,
neque deerit, qui cœcè tot inter caligando lumi-
na quæ nostram ditaverunt ætatem laudet equidem
memorias, & magnitudines Eremiti antiquæ, sed
Nostræ dein ut steriles tantundem reprobet, ex-
pedit hic postremam à Vobis implorare attentio-

nem

nem AA: ac coram omnibus protestari, me esse
hominem incertæ fidei, nili breviter & quidem
clarissimè demonstrè: non tantum ætatem no-
stram aliarum ætatum æquasse glorias, verùm
etiam nec pares, nec superiores antiqua sæcula
conspexisse, unde vel increduli posteri negabunt
auditui fidem, vel his perceptis, semper nobiscum
expostulabunt, quot & ipsi pariter nati non sint
pro fruendis & conspiciendis victorijs illis, quas
conspicimus, & non curamus. Est tamen verum
(neque hic adversor) quod non semper, ac omni
in loco æqualiter floruerit observantia, quin sæ-
pius (heu tristem intuitum!) solitas inter Eremi
palmas germinavêre dumeta, sæpius amaræ cre-
vêre labruscæ. Verùm quid, *mentietur opus olivæ*
absit. Vivit etiamnum, semperque Abrahami
ad instar vincit in Filijs Augustinus; obiit unâ &
non obiit, unde & virens oliva fecundior solidior-
que in ramis, etsi quis ex his subtus à trunco avel-
litur, mille tamen aliæ circumquaque novellæ
altis in apicibus exurgunt. Quia igitur nunquam
majori cum pompa quam adversus calumniam
egressa est in campum veritas, nec unquam cla-
riora quam noctis in medio visa fuêre lumina:
evoco hîc ad Vobis melius ostendendum Fastos
ætatis nostræ, diriorem & cæciorem perfidiam
vipereâ suâ face quærentem axaminantem: no-
tan-

tantem, censurantem: erit dein, ut ille qui cœlum totum stellatum contemplatur, quod quo frequentius & acuratius suspicit, nova & nova in eo lumina intuetur: *quod quoties videas lumina plura vides.*

At quid vellet? ut denud supra Eremum antiquum manna deplueret, ut denud in culparum diluvio per amplius appareret columba, ut rigidiori in bruma fragrantiora lilia germinarent? Est tamen Eremus Augustiniana tredecim jam sæculorum phœnix, qui anmosa sua in canitie sibi ipsi succedens *temporis Spiritu crescit*, & ubi alius Ordo in cruoris æstusque freto jam absorptus fuisset, Nostra Eremus vegetior ac fecundior ipsa in hyeme lilia demetit, ipsaque in bruma palmas progerminat. Quid vellet? conversiones populorum, Fidei propagationem, Gentilitatis exterminium? Est tamen Eremus hæc, quæ novis semper reformationibus virens Europam percurrit: est tamen ipsa, quæ Ecclesiæ univit Armeniam, Bambam, ac Mellindas subjugavit, eique Provinciam Malabar, Mozambicum, Mogor, ac Malaccam obtinuit, & quidem tali cum velocitate, quod quo vix mediante fama Fides pervenerat, *Augustiniauum pervenerat nomen.*

Quid vellet? columnas Fidei, Evangelio claves, Vaticano propugnacula? & non vidimus

am Joanne
Charanis-
melis.

ex Patre
Engelva-
ve Concione
D. P.

dic.

diebus nostris Simonem Morales, Antonium à Govea, Cornelium Bie Batavum, *Ecclesiarum*, dicam, *post Apostolos fundatores*, qui à DEO ordinati Pugiles in Romanæ Ecclesiæ tutelam carbonibus desolatorijs, ac sagittis acutioribus potentix fulminantes, proterentes, extirpantes Gentilitatis chymeras, non tantùm Alcaria, sed & ipsa impia sectarum Nomina eradicarunt, omnibusque contractis, ac raptis fortis spolijs, tributoria effecêre Vaticano solio scepra, eique Reges Vasallos submisere.

Quid vellet? libanos incisos palmarum, le-
giones floridas Martyrum, Visiones, & propheti-
as? & quæ reperitur ora tam solebrosa, littus tam
diffitum, quod à Nostrorum cruore, atque sudore non sine admiratione irrigatum non fuisset? Victoriosum erigit verticem in Moscovia Nicolaus à Melo, in Bohemia Casparus, Malaccæ Raphael, Guilelmus in Georgia, Mindanai Alphon-
sus, in Mauritania Alipius, Congallæ Augustinus, in Anglia Chrysostomus, in Japponia Petrus à Zunica, Thomas, Ferdinandus, Franciscus, Michaël, Andreas quot Martyres, tot flumina, quæ sanguinis effluvio irrigando Orientis plagas, vindemias adhuc speciosas ac suaves ætheri progerminant.

Quid ultra vellet? Fastos Sanctorum, Popu-
lo.

lorum applausus, Triumphos in Quirinali? *Sapientiam Sanctorum* Thomæ à Villa - Nova, Joannis à Sancto Facundo, Alphonsi ab Orosco, Joannis à Sancto Guilelmo, Petri ab Augusta, Hieronymi à Cruce, Marianni à Belvederio, Francisci à Castro, Georgij à Crema, Riberij, Pinne-dæ, Saldagnique *narrent Populi Hispaniarum, & Italiæ, & Laudes eorum in Vaticani verticibus annunciet Ecclesia.*

ex
Charameus
in Theologia
Regulari
disput. 34.

Quid ultra vellet? Athenas Doctorum, æthe-
ra luminum, Seraphinorum intelligentias? &
non produxit diebus nostris Salamantica Bernar-
dinum Corneium, Antonilez, Valentiam? Salo-
nium? Albizium Complutum? Coninch & Lan-
cellottum Lovanium? Lutetiæ Parisiorum Coc-
quæum, ac Moræum? Conimbrica Ægidium, &
Franciscum à Christo? Cieram Venetiæ? Bossi-
um Patavium? Brunum Neapolis? & subticen-
do Paludanum, Basilium, Lupum, Arragonium,
Marqueziium, Mendozam, Puteanum, & cen-
tum alios, quorum nomina utpotè apud omnes
celebria, *nostris ultrò non indigent laudibus.*

Quid ultra vellet? Principes ac Reges, qui
humilitati Eremitarum postponentes soliorum hono-
res, deseruerunt Regna, valedixerunt coronis, ac
inter Augustinianas umbras ut splendidius emi-
carent murices effecere? Edisserat (nec obsisto)

id

id Maria Ludovica Regina Portugallia: edifferat Hieronymus à Cruce Regis Armutij Primogenitus: edifferant duodecim Palatini vasti hujus Regni: edifferat Joanna ab Austria, Maria ab Aragonia: edifferat Catharina Dux Mantuana: ac præ cæteris edifferat (potest siquidem id in veritate edifferere) Tuba illa Evangelij, ille Persiæ Apostolus, illud temporum nostrorum decus, Palma illa, ac Eremi Corona Alexius à Meneses: Alexius, qui quasi sol Nostri Horizontis Nobilitatis, Doctrinæ ac Sanctitatis triplicato refulgens diademate totum & honoris & gloriæ illustravit Zodiacum, addensque honorem trophæorum honori, exornavit Ecclesiam, ac Sæculum victorijs cumulavit. Alexius qui Primas Goanus & Braharensis, Præsidentis Consilij Majoris Regni, Gubernator Portugallia, ac quater Indiarum Orientalium Pro-Rex, cujus valorem & prudentiam tanti fecêre Reges, quod non fuerit nec in Veteri, nec in novo orbe honor quo auctus non fuisset, ipso tamen semper major, sibi in gloria haud habuit parem, & meritis omnes est supergressus. Alexius qui tanquam Vas electionis quaquaversum annuntians Augustissima Crucis Decora, nunc in Concilij hæresim Nestorianorum prostravit: nunc triginta Indiarum Reges in Saracenos armavit: nunc Reginam Peveris,

& Babiloniæ Patriarcham in fugam agens, ab ob-
 fidione Munitiones Malaccæ ac Mozambici exo-
 luit, eorumque in Mari classes dispersit, & duxit
 in captivitatem rebelles, ac totum quod pertentavit, pervicit. Alexius, qui terror & tremor Regum, & Sceleratorum flagellum, inter Æthiopum, Hebræorum, Schismaticorum, Gentilium sese suis conatibus opponentium exercitus, Venerabile Crucis Scutum erigens, contrivit, fulminavit, exterminavit Malabaribus hæreses; Patriarcham Armeniæ & sex Episcopos univit Ecclesiæ; ducenta sexaginta millia idololatrarum Cruci triumphis aggregavit: ternas Melindarum Principes convertit: Regem Mogor, Badaronis, Armutij, Bambæ, ac Pati Sacro iustravit Baptismate; & post tot victorias quas tam exiguo tempore coarctare nequeo, omnem victoriam omnemque coronam humilitate atque meritis transcendens, honorem supressit meritis, & meritis magè adauxit honorem. Alexius denique populorum exemplum, Prælatorum idæa; Alexius Gloria Regni; Alexius Infularum Honor & Sacerdotij Diadema: Alexius, *nulli quem*
sciam post Apostolos comparandus, qui novem mensium spatio (verba sunt Auctoris extranei) *plus in animarum salute profecit, quam quotquot à Sancto Thoma ad hæc usque tempora sedem illam obtinuerunt.*

*Hæc de re-
 bus Japo-
 niæ.*

Ast vos iterum AA: ad memorias tam beatas ad triumphos tam conspicuos, quid edicitis? quod gloriæ manipulos referat, qui est in flore & fervore annorum, nec senectutem nec tempora distinguens, mirum non est, imò mirum foret oppositum: ast quod austeriori in bruma, temporisque rigore magè effloreat solitudo, augeanturque Eremitæ Colonia comprehendere haud valeo, nisi vel ad Parentis merita, vel ad Gratiae miraculum, vel ad Providentiæ mysterium respexero.

Atque sic à capite exordiando: latrent ut libet perfidorum linguæ, malignantium cerastæ, vivit adhuc, & semper vincit & triumphat in Filij Augustinus, idque modis tam decoris, quod etsi nihili memoriæ & annales Eremitæ antiquæ penderentur, *majores tamen sunt digiti ejus ipsius videlicet extremitates, quam pleræque statuæ copiosarum & antiquarum familiarum: de nostra proinde Eremita, ut de miraculo, quod etiam in terram lapsa, sit miraculum, veraciter dici potest jacens quoque miraculum est.* Et sanè AA: laudet quicumque valet triumphos, ac magnitudines antiquorum sæculorum, & solum illas hujus nostri ævi reprobet, nihilominus tamen æquè ut reproborum opera Sanctorum Heroum *similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent*

bent abscondi non possunt. non possunt tot Ordinis Claustra novitèr vel restaurata vel erecta. *non possunt* tot Populi, & in ortu, & in occasu illuminati. *non possunt* Georgiæ hæreses, ac schismata iterum protrita. *non possunt* publicis in Belgio sumptibus erecta Collegia erudiendæ juventutis causâ. *non possunt* Religiosi Germaniæ destinati à Pontifice ad pacificandos Electores. *non possunt* victoriæ Persicæ admonitione, & consilio nostrorum de Turcis obtentæ. *non possunt* solemnes Legationes ad Regem Persiæ, ac Magor, ad Saladinum, ad Paulum Quintum. *non possunt* missiones Arabiæ, Goæ, Angollæ, Congij, Chinorum, Armutij, Hollandiæ, Zelandiæ, & Philippinarum. *non possunt* triumphus civitatum & statuæ Martino Leoni sacratæ. *non possunt* elemosynæ & pietates binorum Augustinorum Antonilez videlicet & à Jesu. denique *abscondi non possunt* Gregorius Nugnes, Ludovicus ab Angèlis, Joannes Chloos, Bernardus Alzevedo, Franciscus à Castro viridi, Basilus à Carpinetto, Petrus à Vega, Millelius, Lancellotus, Herrera, Crusenius, Gratianus omnes lumina, quæ sapientia, prudentia, & bonitate nostram ditaverunt ætatem. Epilogum quapropter discursûs mei exordio copulans, liberè audax concludo: majores

progressuum quam principiorum, & majores ipsius finis quam progressuum, fore Memorias.

Ascende igitur nunc à pulcherima Sunamitis, ascende nunc à cruoris freto, *ascende de petra deserti* ubi tantopere laborasti ad *Montem filie Sion*, ad æternitatis montem, & *letare nimis*, & *gaude Jerusalem Mater nostra*. exclamarent *Filij Aron in Tubis ductilibus*, aureisque thuribus, thure, & thimiamate *auditam faciant vocem magnam in memoriam coram Domino* in memoriam Athletarum Eremitarum, qui tam felicibus spolijs cœlum ditaverunt. *Aperi Libane portas tuas*, concede transitum à Seraphim, *egredimini filij Sion*, & supra ardentem solis currum summum præparantes triumphum, præ omnibus agite, ut in vestitu deaurato circumdata varietate ad instar Psalmorum Reginæ, Religio coronetur, eiusque fronti imprimite elogium Summi quod ei tribuerunt Pontifices, *Augustiniana Familia secunda Sanctorum Parens*. Disponite: eam ut præeant nonaginta & plures Religiones Canonicos inter ac Eremitas; eam ut undequaque circumdent Legiones Pœnitentium, Confessorum, Virginum, Doctorum, ac Prælatorum: post se ut trahat Monstra furiasque hæresum: penes, ut sequantur millia ac millia Christianorum, Græcorum, Schismaticorum, Gentilium, Africanorum

rum

rum, Europeorum, Asiaticorum, Americanorum de quibus omnibus triumphos retulit; atque ex tot tamque conspicuis diadematibus, unum tantum ipsi efformate, super quod Cherubinorum quispiam aureis exculpat characteribus cunctas victorias, unâcum Nominibus Beatorum quos genuit, *Parentum denique magnalia ac Nomina absque eo, quod intrinsecris latet.* Ita Vos Magnæ Animæ, quæ in illo Pacis ac tranquillitatis Gremio almo jam fruimini triumpho, respicere velitis super eos qui pereunt, atque à portu dissihi tot inter adversas agitantur procellas. Ita Vos qui in terra tanto fuistis Fratribus Vestris exemplo, eis etiam Vestro succurrere Patrocinio non dedignemini ab æthere ubi charitate flagrantes æquè Dilecti Deo, ac potentes extatis. Eia commoveant Vos ò Incltyti! victimæ & lanienæ tot populorum, dissidia tot Principum, naufragia tot Regnorum, innocentia tot miserorum: miseræ tot Innocentium. Ad hoc Vos adigit fides illa quam Nobis spondidistis, affectus ille quem exhibuistis, periculum in quo versamur, ac si non aliud, sanguis, spolia, ac cineres sacrosancti, quos tanquam in pignus Præsidij Vestri nobis dereliquistis. Vos verò filij quoque ac Fratres tot Sanctorum, mementote, quod qui natus est Augustinianus, natus sit Magnas: mementote, quod à
tor.

fortibus aquilis nunquam imbelles columbæ
prodierint : mementote , quod Mater quæ Vos
enutrivit sit adinstar Lacedæmoniarum quæ gige-
nere tantum Heroes consueverant : mementote ;
quod Filij sitis Sanctorum, ac inde agite, ne vitis
aded fecunda in palmites non bonos degeneret :
mementote tandem , quod auram illam quam
ducitis lucem illam quam videtis , claustra illa
quæ incolitis, lanas illas quas induitis, vigiliæ, je-
junia, pœnitentiæ, tribulationes, Missiones, Vi-
ta, Sanguis , Vulnere, ac Mors tot Athletarum
consecraverint : & si calcaria sanctitati Me-
morix sunt Sanctorum, *imitari non pigeat,*
quos celebrare delectat.

L A U S D E O.



R 14221

Der
Unglaublich groß und allergrößte
GREGORIUS,

An dessen
Glorreichen



Fest = Tag/

In dem

Hochlöblichen / und uralten Stifft /

Und

Kloster **H. S. B.** zum Schotten genannt /

Des

Heil. Benedictiner-Ordens/

Vorgetragen den 12. Monaths Martii,

Von

R. P. F. JOSEPHO DANZER,
Ord. Erem. S. P. Augustini, ad SS. Sebastia-
num & Rochum gewöhnlichen Sonntag- Prediger
auff der Landstrassen.

Gedruckt zu Wienn/

Bev Wolfgang Schwendimann/ Universit. Buchdrucker/ 1720.



Vorspruch.



Non credam. *Joan. 20. cap. vers. 25.*

Ich werde es nicht glauben.

Sichts ist der sowohl schmeichlerischen als dankbahren Welt gewohnt; und gebräuchlicheres / als daß man die Jenige / welche man entweder auß eigennütlicher Schmeichlerey zu selbst eigenen Nutzen zu gewinnen suchet / oder wegen niemahlen genug geprisenen Thaten / und unvergeltlichen Verdiensten auß erkantlichster Danckbarkeit aller Nachkommenschaft bekant / und unsterblich zu machen verlanget / mit dem Titl und Bey-Nahm eines Grossen beehre; Also legte bey auß einer Abgötterischen Schmeichlerey der König Balthassar seinem gefrässigen Gott Bel den Nahmen eines Grossen: Magnus es Bel: (a) groß bist du Gott Bel. Also beehret die Göttliche heilige Schrift wegen besonderer Tugend einen Israëlitischen Heerführer Moysen mit dem Titl eines Grossen: Moyses vir magnus valde: (b) Moyses ein sehr grosser Mann. So werden auch die in dem Geistlichen Stand durch besondere Tugenden und Verdiensten sich ruhmwürdig machende mit dem verdienten Bey-Nahm eines Grossen betitelt; also wird ins gemein der Heyden-Apostel / und Welt-Pre-

(a) Daniel, 14. (b) Exod. 11.

diger Paulus, ein Basilius, Leo, Aurelius Cassiodorus, und
 anderer nicht zu gedencken / ein Gregorius (von dem ich an-
 heut zu reden habe) mit den Zunahmen eines Grossen beehret :
 und zwar höchst-billich : dann was solte billicher seyn / als/
 daß man die Jenige/ welche sich durch manigfältige Tugenden/
 unvergleichliche Verdiensten vor anderen hervor gethan / auch
 vor anderen ehre? Inmassen nach dem alten Sprich-Wort :
 die Ehre der Tugend Gefährtin ist / gloria virtutis comes.
 Nichts destoweniger entstehet ein grosser Zweifel : ob nembli-
 chen ein jeglicher / oder doch ein Vernünftiger schuldig seye zu
 glauben/ wann das allgemeine Geschrey von einem aufgespreng-
 get / er seye groß ; indeme nichts gefährlicheres / als dem all-
 gemeinen Geschrey beyfallen / und selben glauben. Prob auß
 der Schrift : Es erzehlet dieselbe / daß als Absalon die an-
 seiner Schwester der Thamar von Amnon verübte Schänd-
 dung mit dem Todt des Amnon gerochen hatte / fama perve-
 nit ad David, dicens : percussit Absalon omnes Filios Re-
 gis, & non remansit ex eis saltem unus : (a) es seye der Ruff
 (hoffentlich des allgemeinen Volcks) fama, zu David gekom-
 men/ Absalon habe alle Söhn des Königs ermordet/ also/ daß
 auch kein einiger überbliben ; aber lese man weiter in eben die-
 sen Capitel/ da wird man finden / Amnon solus mortuus est,
 (b) Amnon seye alleinig umgebracht worden. Und kurz
 darauff : Ecce Filii Regis adsunt ! (c) sehet hier seynd die
 Söhn des Königs ! Siehe nun ein jeder/ wie viel man dem all-
 gemeinen Ruff des Volcks glauben solle. Ja GOTT der
 Allerhöchste zeiget uns / daß wir dem allgemeinen Ruff nicht
 glauben sollen. Abermahlen Prob auß der Schrift : Als die
 Kinder Noë (d) nach dem allgemeinen Sünd-Fluß sich ver-
 mehret hatten/reiseten sie von Aufsgang/ und fanden ein flaches
 Feld in der Landschaft Sennaar, und da beschloffen sie/ daß sie
 wolten eine Stadt und Thurn bauen / dessen Gipffel biß an
 den

(a) Lib. 2. Reg. cap. 13. (b) Ibidem v. 39. (c) Ibid. v. 25. (d) Genes.
 11. v. 1. 2. 3. & 4.

den Himmel gelange : Warumb dieses? celeberrimus nomen nostrum, antequam dividamur in universas terras; Dieses ware die Ursach/ lasset uns unseren Nahmen groß machen/ eher als wir vertheilet werden in alle Welt. Und was sezet die Schrift hinzu? descendit autem Dominus, ut videret civitatem & turrim: (a) Der HErr ist von Himmel herunter gestigen/ auff daß Er sehe die Stadt/ und den Thurn. Was? ist dann Gott nicht allsehend/ unermessen/ überall gegenwärtig? warumb steigt Er dann von Himmel herunter? ut videret: auff daß Er sehe: uns zur Lehr; dann Er wolte nicht dem hofentlich zu Ihm gethanenen Geschrey glauben/ sonderen selbste sehen/ auff daß auch wir nicht glauben sollen dem allgemeinen Geschrey/ sonderen selbste sehen/ ob das Geschrey auch wahr seye. Wer wird dann mich anheut verdencken/ wann ich dem allgemeinen Ruff des Volcks nicht glaube. Was ist dann der allgemeine Ruff des Volcks? dieser: Gregorius der heilige Benedictiner Pabst seye groß. Und ich solte es glauben? non credam, ich werde es nicht glauben/ und wolt ihr es hören/ warumb ich es nicht glaube: So seyd bereit.

Frembd/ seltsamb / und entsezlich wird euch AA. und euch besonders dem grossen heiligen Gregorio mit andächtiger Ehrerbietigkeit ergebenste Seelen mein Vorhaben vorkommen seyn: Aber wie frembd/ seltsamb / und entsezlich es euch immer vorkommen seye/ umb so viel frembd = seltsamb = und entsezlicher kommet es mir vor/ daß ihr villeicht begehret/ ich solte dem gemeinen Ruff (Krafft welchen Gregorius der heilige Benedictiner Pabst groß außgeschryen wird) einigen Glauben geben; Ihr möcht euch entsetzen darüber wie ihr wollet/ so bleib ich doch bey meinem Entschluß unveränderlich/ dann ich glaube einmahl wie allemahl nicht/ daß Gregorius groß seye. Und wer soll der Jenige seyn / der mir solches zu glauben gebietet? dann ich glaube nicht / daß Gregorius groß seye: wohl

(a) Ibid. v. 5.

aber glaube ich/ daß Gregorius der Größte seye; wer soll mich
 dahero zwingen zu glauben / daß Gregorius nur groß seye?
 keiner / non credam. Daß aber Gregorius der Größte seye/
 dieses werdet ihr nicht glauben wollen/ dahero bin ich gezwun-
 gen/ euch solches zu probiren. Ich mache den Anfang von
 seiner Geburt: Eh unser Gregorius gebohren wurde/ mußte ein
 Englischer Benedictus schon die Stell eines Engels vertreten/
 und in Rahmen des Allerhöchsten seiner Adelichsten Frau
 Mutter verkünden / wie unvergleichlich Gregorius anderen
 Dermableins in der Tugend werde überwachsen seyn: Also
 Pater Gabriel Bucelini. (a) Da ich dieses rede / erinnere ich
 mich der Wunder- seltsamben Geburt eines grossen Vorlauf-
 fers Christi Joannis Baptistæ, dessen Geburt mit unterschiedli-
 chen Wunder- Wercken gezieret worden: als / daß sein stum-
 mer Vatter Zacharias wiederumb die Red erhalten / und daß
 alles Volck vor Freuden auffgerufen/ quis putas puer iste erit?
 (b) was meint ihr / daß auß diesen Kind werden wird? ob
 aber gleich bey der Geburt unsers Gregorii diese Wunder-
 Werck nicht geschehen: so ist doch die Geburt Gregorii mit der
 Geburt Joannis ganz ähnlich; dann gleich wie Joannem ein
 Engel Zachariæ vorgesagt / also hat ein Engel- reiner Bene-
 dictus Gregorium prophezehet: dieser Unterschied ist dennoch
 unter diesen zweyen / daß obwohlen von Joanne schon gesagt
 worden/ erit magnus coram Domino: (c) er wird groß seyn
 vor dem HERN: Spiritu Sancto replebitur adhuc ex utero
 matris suæ: & multos filiorum Israël convertet ad Domi-
 num DEUM ipsorum: & ipse præcedet ante illum in Spi-
 ritu, & virtute Eliæ, ut convertat corda Patrum in Filios,
 & incredulos ad prudentiam Justorum, parare Domino ple-
 bem perfectam. Er wird mit dem Heiligen Geist erfüllet
 werden noch in dem Leib seiner Mutter: er wird viel von des-
 nen Kinderen Israël zu ihren GOTT und HERN bekehren: er
 wird

(a) Bucelini in Monolog, Benedicti, 12. Martii. (b) Lucæ I. v. 66. (c)
 Ibid. v. 15, 16, & 17.

wird vor demselben in dem Geist und Krafft Eliæ gehen: auff daß er wende die Herzen der Vätter zu denen Kinderen/ und die Unglaubige zu der Vernunft deren Gerechten/ umb Gott dem Herrn ein vollkommenes Volck zu bereiten. Dannoeh bey der Geburt Joannis zweifelhaft/ und verwunderend gestraget wurde: quis putas puer iste erit? was glaubt ihr doch/ wird dieses Kind werden? bey der Geburt Gregorii aber die ganze Welt in einem erstaunenden Stillschweigen die allergrößte Grösse Gregorii schon verwunderend betrachtete; daß ich eben mit dem Zug die von Christo von Joanne außgesprochene Wort von unseren Gregorio sagen kan: Non surrexit major inter natos mulierum. (a) Es ist kein Größerer unter denen Menschen Kinderen entstanden/ als Gregorius. Und ich solte glauben / daß Gregorius noch groß seye: da schon in Seiner Geburt keiner grösser ware? non credam, ich werde es nicht glauben.

Von seiner Geburt verfüge ich mich zu seinen übrigen Jahren biß zum Eingang in den heiligen Benedictiner Orden. Und was ungeheure Wunder muß ich allda in Gregorio betrachten! als ein Jüngling verwaltete er schon das Ambt eines Verwiesers in Sicilien/ (b) er erbaute würcklich sechs Clöster in bemeldten Reich/ und das siebende zu Rom. Wer soll nicht erstaunen sowohl über die Fähigkeit des Jüngling Gregorii, als auch über die Gutthätigkeit desselben? verwunderet sich keiner auß euch; so entsetzet sich darüber der Weiseste unter denen Königen/ da er also redet: Tria sunt difficilia mihi: (c) Drey Stuck seynd mir unbegreiflich; unter diese zehlet er/ viam viri in adolescentia: Den Weeg eines Mann in der Jugend. Das ist nach Auflegung aller Heil. Vätter/ wie ein Jüngling so vollkommen in den Verstand seyn solle/ wie ein Mann; erstaunet Salomon über dieses/ wie vielmehr muß ich mich mit euch / und ihr mit mir verwunderen? wann wir wegen die ungemeyne Fähigkeit unsers jungen Gregorii. Ist

es Salomoni hart gefallen dieses zu fassen/ so fallet mir vor hart zu glauben/ daß Gregorius groß seye/ non credam, ich werde es nicht glauben; Dahero glaube ich vielmehr / daß er der allergröste seye. Lasset uns nunmehr begleiten einen heiligen Gregorium in die heilige Religion! und da werden wir erst vor Verwunderung gleichsamb entselet werden in Betrachtung seines großmüthigsten Entschlusses die Welt mit samdt ihrer Herrlichkeit/ die ungemeyne Reichthumben / die ihme noch bevorstehende Ehren/ und Würden/ und endlichen mit der Avelichsten Freundschaft alles zu verlassen / und alles dieses mit dem heiligen Benedictiner Habit zu vertauschen; Es hat unüberwindlichster Kayser Carl der Fünffte/ und andere mehrer mit Verachtung alles Zeitlichen sich in ein Closter versperret/ und der Welt gantzlichen abgeschworen: aber wann? das mahls: da sie schon alles dieses Zeitlichen überdrüssig waren; unser Gregorius aber verlasset alles Zeitliche in der schönsten Blüthe seiner Jugend/ da er noch die gröste Hoffnung haben solte/ die Welt und ihre Freuden zu genießen. Und ihr wolt haben daß ich glauben solle/ der Entschluß Gregorii seye nicht einer auß denen grösten/ ja der allergröste gewesen? da ich dieses beherrige / fallet mir eine artliche Frag ein: warumben nemlichen von keinen auß allen Jüngeren Christi / als allein von Joanne in dem heiligen Evangelio gemeldet werde: hic est Discipulus, quem diligebat JESUS: (a) Dieses ist der Jünger/ welchen JESUS liebte? und wie die Kirche von ihm singet/ singulari prærogativâ amoris fecerat dignum, daß ihn Christus einer besondern Lieb würdig gemacht habe: warumb dieses? hat dann nicht Petrus, und die übrige Apostel auch alles verlassen? es sagt ja Petrus in Nahmen aller/ ecce reliquimus omnia, & sicuti sumus te! (b) siehe! wir haben alles verlassen/ und seynd dir nachgefolget! villeicht hat Christus der HErr an Joanne ein besonderes Wohlgefallen gehabt/ weil Joannes eine Jungfrau ware? so leget es zwar die

Kirz

Kirchen auß: wann aber ich meine Ursach geben darff/so glaube ich daß Joannes von Christo mehr als andere geliebet worden/ weil er der Jüngste auß seinen Jüngeren ware: und daher/ weil er als der Jüngste alles verlassen/ und Christo gefolget/ hatte Christus denselben mehrer als andere geliebet. Nun frage ich euch Geliebte/ wer ist mehrer geliebet worden von Christo/ Joannes, oder Gregorius? ich antworte Gregorius; und gib die Ursach: dann Gregorius hat eben in der Jugend mehrer verlassen als Joannes; Joannes hat verlassen seinen alten Batter/ das Fischer-Schifflein/ und die Netz; Gregorius aber verliesse nicht nur die Adelichste Elteren/ und Freundschaft/ nicht nur alle Reichthumben/ und Schätz/ sondern auch alle Hoffnung in der Welt/ und dieses in der Blühe seiner Jugend. Nun folgere ich also: hat Gregorius mehrer verlassen als Joannes, und in zarterer Blüh der Jugend als Joannes? so ware er mehrer würdig geliebt zu werden als Joannes; dann die Maafß der Lieb muß mit der Maafß der Gegen-Lieb bezahlet werden: Gregorius hat Christum mehr geliebt als Joannes, dieweil er mehr verlassen hat als Joannes: folget also ganz klar/ daß er mehr geliebt sey worden von Christo als Joannes; ist er aber mehr geliebet worden als Joannes, so ist er auch gröffer als Joannes. Und ich solt es glauben/ er seye nur groß; das seye weit von mir/ non credam: ich werde es nicht glauben. Wann Gregorius der Gröste gewesen/ da er die heilige Benedictiner Religion angetretten/ so ist er noch gröffer gewesen/ so lang er in seiner heiligen Religion war/ und hernach als ein gepurpurter Kirchen-Fürst biß zu der Erhebung zu der grössten Kirchen-Würde des Pabstthum: wann anderst der Gröste noch gröffer werden kan. Nun wollen wir Gregorium als einen Ordens-Geistlichen etwas besser erwegen/ und sehen/ ob es wahr seye / daß Gregorius nur groß/ oder der Gröste seye; und sehet! ich siehe Gregorium schon unter seinen Geistlichen den Demütigsten/ obwohlen unter ihnen den Gelehrtesten/ un-

ter denen Frommen seiner Zeit den Fromsten / und unter denen
 Grossen in der Tugend den Größten : betrachtet Gregorium !
 bald die verächtlichste Dienst zu verrichten / bald einen Diener
 aller / bald bey denen Füßen seiner Lehr- Meister in einer schuldis-
 gen Unschuld seine gerechteste Verbrechen in tieffester Demuth
 anhören / bald unter denen Gelehrten den weisesten Stillschwei-
 ger / bald unter denen Gebietenden gehorsambsten Lehr- Mei-
 ster. In Erwegung dessen muß ich bekennen / daß sich Grego-
 rius ein in aller Vollkommenheit vollkommener Mann bescliffe
 zu seyn ; Wann dieses ist / so muß mich keiner verdennen /
 wann ich von Gregorio sage den Spruch des Weisen : In abun-
 danti Justitia virtus maxima est : (a) In überflüssiger Gerech-
 tigkeit ist die größte Krafft : Ja freylich war die Gröste in der
 überflüssigen Gerechtigkeit Gregorii, indeme er nicht lang nach
 dem Eintritt in die heilige Religion zu einen hochwürdigsten
 Abbt in der Welt Haupt- Stadt Rom mit einheiliger Un-
 terwerfflichkeit erwöhlet worden ; da solte man den Stritt des
 demütigsten Gregorii mit denen Gregorio zu herrschen gebies-
 tenden Wahlen angesehen haben ; die Demuth Gregorii schiebte
 von sich die viel zu verantworten mit sich bringende Herrschafft /
 und die Stimmen der Erwählenden gebotten zu herrschen / und
 zugleich zu gehorsamben. Was solte da thun Gregorius ? die
 Demuth wolte er nicht schwächen / indeme er die Lehr Christi
 schon allzustarck zu Gemüth gezogen : discite à me, quia mi-
 tis sum, & humilis corde : (b) Lehret von mir / dann ich bin
 eines sanfften und demütigen Herzens. Die inständigste Bitt /
 ja einheilige Befehl hingegen seiner Mit- Brüder verpflichtete
 ihn zu einen unwiderseßlichen Gehorsamb. Von nicht gerin-
 ger Krafft seynd die Gemüths-Regungen ! und wann sie nicht
 das tugendsameste Gemüth Gregorii bestritten hätten / wurde
 auß beyden gewißlich eine den Sieg erhalten haben : weil sie
 aber Gregorium ansochten / mußten sich beyde vergleichen / und
 in Gregorio vereinigen ; indeme Gregorius ohne einer Berles-
 hung

zung der Demuth die schwäre Würde und Bürde eines vorstehenden Abbtens annahme / dieses ihme alleinig vorbehaltend : ut magis gloriatur subesse, quàm præesse : daß er sich mehrer rühmen wolle der Unterthänigkeit / als des Vorstehens : oder wie es mein grosser Augustinus in seiner uns gegebenen Apostolischen Regel befihlet : non potestate dominante, sed charitate servientem felicem. (a) Das ist : Gregorius wolte sich nicht des herrschenden Gewalts / sonderen der dienstbaren Liebhalber glückselig schätzen. O der unvergleichlichen Tugend ! und da ich am meisten die herzlichste Tugenden Gregorii in seinem heiligen Orden bewunderen wolte / da werde ich bezwungen die Tugend Gregorii mit Römischen Purpur bekleydter schon anzusehen ; anzusehen / aber nicht zu bewunderen / dann / in abundantia Justitia virtus maxima est : (b) in einer überflüssigen Gerechtigkeit ist die grösste Krafft. Derowegen ist es auch nicht zu bewunderen / daß die überflüssige Gerechtigkeit Gregorii die Römische Purpur angezogen habe. Und noch so recht : dann bißhero ist die grösste Tugend Gregorii nur allein in Rom bekant gewesen ; Nun will auch die gerechtigste Vorsichtigkeit Gottes / daß die Tugend Gregorii von aller Welt verehret werde. Constantinopel die grosse Sitzstadt des Käyfers Tiberii, muß die erste seyn mit sambt dem Morgenländischen Reich / die die Tugend Gregorii anbetten soll : hier muß ich meine Gedancken darzwischen setzen ; daß Gott der Allerhöchste die Sonne habe stehen lassen zu denen Zeiten Josue (c) ist mir gar wohl bekant / und daß dieselbe zehen Grad zuruck rucken mußte zu denen Zeiten Ezechia, (d) ist mir auch nicht unbewust ; daß aber die Sonne von Mittag gegen Aufgang ihren Lauff genommen habe / dieses finde ich nicht in der Schrift / kan es auch nicht in denen Jahr-Büchern finden ; und dannoch siehe ich anheut die Sonne von Mittag / verstehe von Rom / Roma est ad meridiem sita, gegen den Aufgang ihren Lauff nehmen / da unser Gregorius von

Rom gegen Constantinopel seine Reiß antritt. Und verden-
 ke mich nur keiner/ daß ich Gregorium eine Sonne nenne / zu-
 mahlen mich zu diesem Gedancken mein heiliger Thomas von
 Villanova verleitet / welcher (nachdeme er die Wort Danielis
 des Prophetens / in denen er sagt / die Jenigen/ welche viel zu
 der Gerechtigkeit durch ihre Gelehrsambkeit leiten werden/seynd
 gleich denen Sternen) angezogen mit diesen Worten herauß
 bricht : qui verò Doctrinâ & Sapientiâ cunctos alios ante-
 cellit, cui existimas illum comparandum fore nisi soli ? (a)
 was meinst du wohl/ wem kan der Jenige/ der in der Weißheit
 und Gelehrtigkeit andere überkriftt füglich ver gleichen werden
 als der Sonne ? und damit ihr sehet/ daß ich die Wahrheit rede/
 so begleitet mit mir Gregorium ! da werdet ihr sehen / daß in
 allen Morgenländischen Länderen keine einzige Sonne geleuch-
 tet habe/ welche den verfinsterten Eutychium den Constantino-
 politanischen Patriarchen in seiner irrigen Lehr von der Auffers-
 stehung des Fleisches erleuchtet hatte ; eben destwegen mußte
 Gregorius diese Sonne nach Constantinopel / umb diesen in
 der Finsternuß des Glauben wandlenden Patriarchen zu er-
 leuchten : und sehet ! kaum hatte unser Gregorius (b) diese hel-
 lichst leuchtende Sonne die Strahlen seiner Weißheit in dem
 Bezirck Constantinopolitanischer Irr- Lehre außgebreitet / so
 hat die Finsternuß irriger Lehr gleich weichen müssen / da das
 verdambliche Buch Eutychii auß Befehl des Kayserß Tiberii
 auff öffentlichen Platz durch das Feuer allen zu einem Liecht
 werden mußte. Aber was Wunder ? Sanctis tuis autem erat
 lux maxima, (c) deinen heiligen Gottes (ich aber getraue mir
 zu sagen) dem heiligen Gregorio seye das gröste Liecht der Weiß-
 heit gegeben worden. Als ich nun unsern gepurpurten Gre-
 gorium in seinen niemahlen genug geprisenen Tugenden noch
 länger betrachten wolte/ da werde ich mit Gregorio schon aber-
 mahlen zuruck nach Rom beruffen : ehender aber als ich nach
 her

(a) S. Thom. de Villanov. Con. 1. de S. P. August. (b) In vita S. Greg. (c)
 Sap. 18.

cher Rom mit Gregorio reise / muß ich mit euch noch etwas re-
 den; ihr habt Gregorium in dem heiligen Benedictiner-Orden
 den Tugendsambsten gesehen/ dann in abundantia Justitia vir-
 tus maxima; ihr habt auch Gregorium als eine Sonne/ wel-
 che der Gröste unter denen Planeten von Mittag gegen Auf-
 gang seinen Lauff nehmend / und alldorten seine Weißheits-
 Strahlen bewunderet/ und ihr mit dem allgemeinen Ruff wolt
 haben/ ich solte glauben/ Gregorius seye nur groß? non cre-
 dam, ich werde es nicht glauben/wohl aber glauben will ich, daß
 er der Gröste seye. Kaum hab ich dieses außgeredet / und se-
 het! ich stehe schon zu Rom / und höre alles Volck frolocken
 über die Wahl des zum höchsten Kirchen- Haupt erhobenen
 Gregorii. Aber übereylet mich nicht meine Römer mit euerer
 Frolockung/ dann sehet! Gregorius folget dem Beyspill seines
 Erlösers / welcher / als er vermerckte / daß das Volck kommen
 werde/ und ihne zu einen König machen wollen: fugit ite-
 rum, (a) abermahlen geflohen ist; auch Gregorius abscondit
 se, (b) verberget sich / und will der auff ihne gefallenen Wahl
 zu der höchsten Kirchen- Würde nicht beystimmen; O der un-
 erhörten Demuth! Apostel streitten / quis eorum videretur
 esse major? (c) wer unter ihnen gröffer seye? und Gregorius,
 da er zur höchsten Kirchen- Würde beruffen wird / abscondit
 se: verberget sich? O der noch niemahl gesehenen Berach-
 tung aller Ehren! nichts destoweniger muß es doch seyn mein
 heiliger Gregori! der Himmel verrath dich selbst / du must
 auch in der höchsten Ehre und Würde deine Tugend prüffen
 lassen/ damit wir sehen/ ob du auch in dem höchsten Gipffel der
 irdischen Ehre nur groß/ oder der gröste gewesen seyest! siehe!
 die feurige Saul / welche dem Volck Israel (d) bey der Nacht
 geleuchtet / diese entdecket dich in deiner Finstere! hervor/ da-
 her mit dir gröster Gregori! gehe hin/ die dreyfache Cron als
 ein besonderes Zeichen deiner unvergleichlichen Tugend (zu der
 dich der Höchste beruffet) zuempfangen. Und da ich Grego-

rium auff dem Stuhl Petri erblicke / so geduncket mich Gott der Allerhöchste habe schon im alten Testament Gregorio zu lieb verordnen wollen / wie der hohe Priester des Israëlitischen Volcks auffziehen solle : oder vielmehr in demselben Vorbilden / was er demahleins vor einen hohen Priester auff dem Stuhl Petri stellen werde in Gregorio ; ich finde ihn mit folgenden beschrieben : Sacerdos maximus inter Fratres suos, super cuius caput fufum est unktionis oleum, & cuius manus in Sacerdotio consecratae sunt, vestitusque est sanctis vestibus : (a) der höchste Priester unter seinen Brüdern / über dessen Haupt das Salbungs-Del gegossen worden / und dessen Hand in dem Priesterthum geheiligt seyn / und mit heiliger Kleidung angethan ist. Der Heil. Geist hätte den heiligen Gregorium mit besseren Worten nicht beschreiben können : Dann er ist Sacerdos maximus inter fratres suos : Der größte Priester nicht nur unter seinen Ordens-Geistlichen / sondern auch unter denen Mit-Päbsten ; es hat zwar die heilige Benedictiner-Religion viele mit der dreyfachen Kirchen-Cron gecrönte Häupter / aber nur einen Gregorium gehabt : es hat zwar Rom viel grosse Päßst gezeiget / aber unter denen Grossen den größten Gregorium : Ja ich getraue mir zu sagen / Gregorius seye so groß gewesen als der erste Pabst Petrus ; wann aber dieser der Allergroßte gewesen / so ist es gewißlich auch Gregorius weil er ihm gänzlich gleichet ; nichts ohne Ursach : Petrus hatte zwar viel zu dem Glauben bekehret / wie es die Geschichten deren Apostelen außweisen / aber Gregorius noch mehrere / indeme er (wie seine Lebens-Geschicht bezeuget) nicht nur das grosse Königreich Engelland mit dem Glaubens-Licht erleuchtet / nicht nur die Irz- und Schottländer (von wannen auch die erste Benedictiner dieses Nochlöblichen Stifts gekommen seynd) auff den wahren Glaubens-Weeg gebracht / sondern auch auß Africa die Donatisten / und die Kirchen-Spalter / wie auch auß Sicilien, Dalmatien, und Istrien verbannet ; das Christlichste Frank-

reich

reich von der Geistlichen Wucherer gereiniget / ja mit einem Wort die ganze Welt von Ketzeren gesäubert / und mit Christlichen Tugenden erfüllet hat / daß ich ihn billich den Grösten unter denen Überwinderen der Ketzeren nennen kan / und von ihme zu dem Allerhöchsten dancksagend sprechen: tu dedisti in manu servi tui salutem hanc maximam, atque victoriam: (a) Du O Herz hast durch die Werck deines Diener Gregorii dieses grösste Neyl / und den grössten Sieg gegeben. Aber Gregorius befriediget sich nicht allein mit dem Fried der Kirchen / den er sorgfältigst verschaffete / sonderen er wolte auch in der Welt Frieden schaffen: wie es dann durch seine Vermittlung dahin gekommen / daß der schädlichste und langwührige Krieg zwischen dem Kayser und Agilulpho dem Longobardischen König endlichen ein End namme / (b) ja Agilulphum auß einem Arianer zu einen Catholischen König machte; und also in ihme wahr wurde / was längst vorhero der Heiligste vorgesaget: & terra cessavit à præliis: (c) die Erd hat auffgehöret zu streiten. Und was Wunder? daß durch seine Weiß- und Klugheit so viel Wunder-seltambe Thaten seynd vollgebracht worden; indeme der Heil. Geist sichtbarlich beygestanden: und ich zu ihme Gregorio sagen kan: de Coelo audire te fecit vocem suam, ut doceret te; (d) Du O Gregori hast von dem Himmel deine Weißheit gesogen. Die Tugenden und Verdiensten Gregorii vermögeten schier / daß ich kein Ende zu reden / wann nicht Gregorius ein Ende zu leben machete. Und da ich Gregorium auff seinem Sterb-Beth betrachte / geduncket mich / Gott der Heil. Geist habe durch den Propheten Amos Gregorii Todt mit folgenden Worten weissagen wollen: Occidet Sol in meridie: (e) die Sonn wird Mittags-werths untergehen; Ja ja fürwahr: Gregorius die Sonne will zu Rom / welches Mittag-werths liget / untergehen / und ziehet schon den letzten Athem / ja er ist schon verschieden; was Gregorius verschie

(a) Judic. 25. (b) In vita S. Greg. (c) Josue 14. (d) Deut. 4. (e) Amos 8.

chieden? wann jemahl einer verdienet hätte ohne Aufshören zu leben/ so wäre es gewesen Gregorius, solches bezeugete das allgemeine Weheklagen der ganzen Welt nach seinem zeitlichen Hintritt. Und dannoch ist es nicht anderst/ Gregorius ist gestorben: Num ignoratis, quoniam Princeps & maximus cecidit in Israël? (a) Wisset ihr dann nicht/ daß ein Fürst/ und der Gröste gefallen seye in Israël? der Gröste ist gefallen in Gregorio, aber nur dem Leib nach/ dann der Seelen nach ist er dem Himmel auffgangen/ und da er anfienge auffhören sterblich zu leben/ da sienge er an unsterblich zu werden/ und da er dieser zergänglichen Welt untergangen/ ist er dem immerwehrenden Himmel auffgangen: Occidit Sol & oritur.

Nun habt ihr Gregorium von dem ersten Augenblick seines Leben biß zu dem Letzten gesehen/ ich hab euch gezeiget/ daß er vom Anfang biß an das Ende der Gröste gewesen/ und ihr wollet haben/ ich solle es glauben/ er seye nur groß gewesen? dieses wird in Ewigkeit nicht geschehen/ non credam. Und wem solt es Wunder nehmen/ daß Gregorius der Gröste gewesen? er ist ja auß der Grösten unter denen Religionen entsprungen; auß der Grösten unter denen Religionen sage ich: nemblichen auß dem Heil. Benedictiner-Orden/der den Himmel denen Heiligen nach gleichsamb erfüllet; indem sie viele hundert tausend deren Heiligen zehlen/ schier so viel Heilige als Benedictiner in diesem Orden seynd. Auß dem grösten Benedictiner-Orden sage ich/ welcher durch viel hundert Jahr die ganze Christliche Kirch regieret hat/ und endlichen auß dem grösten Orden (damit ich es kurz verfassē) deme an der weiten Außbreitung/ an der Zahl der Gelehrten/ Frommen/ und Heiligen/ und an tugendsamber Lebens-Versaffung keiner gleichet. Und ihr wollet haben/ frage ich noch einmahl: ich solte es glauben/ Gregorius seye nur groß? non credam, dieses wird in Ewigkeit

nicht geschehen;

A M E N.

R 14222
ORBIS

^A
Pentecostali Igne, Vento, ac Tonitru

FORTUNATUS

In Metropolitana

D. STEPHANI Proto-Martyris Basilica

Dum annua

**SPIRITUS
SANCTI**

Solemnia recolerentur

Coram

CELEBERRIMA AC ANTIQUISSIMA
UNIVERSITATE VIENNENSI

Deferente

Admodum Reverendo, Eximio, ac Clarissimo Patre Magistro

THEOPHILO PAULLE

Ord. Eremit. S. P. AUGUSTINISS. Theologiæ
Doctore, Almæ Provinciæ Austriæ, & Hungariæ Provin-
ciale emerito, in Conventu Generali Viennensi ad SS. Sebastianum
& Rochum Studiorum Regente actuali, nec non p. t. Inclytæ

Facultatis Theologiæ

DECANO SPECTABILI

Dictione Oratoriæ propositus

Religioso F. CASPARO SCHEÛRER, ejusdem Ordinis
Eremit. S. P. Augustini, SS. Theologiæ, Moralium, & SS.
Canonum Auditore.

ORATIO.



SI sublimitas materiæ gravem reddit Orationem, si eò difficilior est dicendi Campus, quò magis absconditum est Sensibus objectum, difficillimam sanè nactus sum hodie perorandi provinciam, dum ut vestigalem de DIVINISSIMO SPIRITUS Numine hîc coram concinem Panegyrim, amplissimis Vestræ Benevolentiaë nutibus ad hoc solemne honoris evectus sum suggestum. *Perillustri, Consultissime, ac Magnifice Domine Universitatis Rector, Admodum Reverende, Eximia, ac Clarissime Pater Magister Inclytæ Facultatis Theologicaë Decane Spectabilis, Senatus Populusque Academice.* Tanta siquidem hodierni Argumenti excellentia est, ac dignitas, ut tametsi omnes, quotquot unquam gloriosa facundiaë nutritrix Græcia stupendos publicæ luci exhibuit Oratores, in unum disertissimæ suadæ coalescerent monstrum, totique in declamandis desudarent encomiis, nunquam tamen, tam amplam rerum dicendarum materiem condignâ sententiarum pompâ essent exornaturi; SPIRITUS enim ille, qui purpurato Apostolorum Collegio hodie insedit Divinus, Zephyrus est, sed saluberrimus, qui fœcundas super inornatam aquarum multitudinem expandens alas prodigiosam orbis machinam ab excentrica vacuitatis evocavit abyssu, evocatam in venustissimum Creaturarum ordinem lustravit, lustratam varias in rerum series distinxit. Digitus est, sed Paternæ dexteræ, cujus omnipotenti virtute ornata sunt Cœli palatia, ditata spumantis Oceani concha, vastissimâque, ne vel Eurorum turbine concussa, vel vicissitudinum vulnere sauciata, pristinum, unde surrexerat, abiret in nihilum, appensa, ac stabilita est terræ orbita. Pater est, sed amantissimus, cujus ubere gratiarum semine mortuus violatæ genitricis partus animatur ad vitam, in Filium DEI regeneratur adoptivum. Quis jam tam artificiosus instructus est verborum periodis? Quis tantis eloquentiæ abundat floribus? Quis sive hujus ventri fertilitatem, sive hujus digiti operandi methodum,

sive hujus Parentis in nos charitatem pro rei dignitate valeat condecorare, & merito. Assurgat Tullius Romanæ Princeps laureatus facundiæ; assurgat fulmen, & flumen Palladis Pericles; assurgat quis quis Ambrosio differendi nectare aures, animosque audientium demulcere novit. Ast conticescunt hi omnes, deque immenso hodierno amoris Numine struere Panegyrim formidant. Et profectò non inanis hic timor; furibundum quippe superbæ mentis est delirium, sublimi cogitatus arrogantia, vel tenuem DIVINISSIMI hujus SPIRITUS umbram insequi, malefanum amentis animi est deliquium, vel levem bonitatis ejus capere auram, in consultum tandem præcipitis eloquentiæ est opprobrium, aggestò periodorum numero ineffabilem ejus circinare velle amorem, qui punctum nesciens totò æternitatis circulo non coarctatur. Quis suscepti argumenti arduitatem spectans non cadet animo? laboriosamque hanc dicendi causam suis non impositam exoptat humeris? Verùm non desperandum, ubi de nuper promisso hodie stupente solyma misso totum jubilat paraclito solum, lætatur polus, ipsa beatorum exercituum applaudit symphonia. Supergradiatur per me licet DIVINISSIMUS SPIRITUS humani intellectus activitatem; Ego de illo verba facturus anniverfariarum ab emolumento, quod suo portentoso hausimus adventu, depromam elogium, atque genuinam, dum inter ignes, tonitrua, ventorumque turbines Sacratiori fidelium hodie illapsus est Coronæ, orbi advectam fuisse, dicam felicitatem. Patiaris hanc laudis tuæ illiadem munerum Dator benignissime! Amplior, fateor, decebat te honoris titulus, ampliozem non minùs æternum tibi devotus indigitasset animus, tantum ei, si superi concessissent roboris, quantum inspirare voluntatis: encomium ergo, quo te hodie veneratur Oratio, palàm ut dictione innotescat, dabis inficitæ meæ tenebris infinitæ Sapientiæ tuæ radios, & imbecillem ulteriores in linguas animabis Oratorem.

Tametsi omnes animi passiones efficaciter suum trahantur ad centrum, has tamen inter ea semper visa est speciali eminere titulo, qua humili sorte nunquam contentus pinguiorem semper ambit, exoptat fortunam terriphilus homo. Vix hic ex informi exurgens materia æternæ gloriæ pondus operaturus, miseriarum ingreditur vallem, vix tremula plorantis oculi referatur palpebra, malum à bono discriminandi usum largitur ratio. Proh! quæ eum vexat sollicitudo? quot jure jurandis defatigat superos? quàm innumera Olympum versus Oratorum locò optatum ibidem exoratur

*cara evolant suspiria? gravissima unumquemque de felicitate obtinenda agitat cura. Neque hęc nostrò solùm sæculò tam sublimem in fortunam credite æstum; ipsius à mundi incunabulis implantatus est animis. Numeravit ea omni tempore ac ætate copiosos, qui plurimís, disparibusque viís, ac studiis felicitatem definiere, sui Veneratores. Quò enim olim toties ingeminati lamentationum Threni? quò iterata singultuosa lacrymabundi vatis præfagia: *Veni Domine!* quò illa gemebundi Cordis collimabat Apostrophe: *noli tardare.* Si ita sentire licet, horum unum stetisse opinor finem, ut calamitatibus inimicam depluerent fortunam, flectere superos, emollire astra: tenuit votum? tulitne lauream Cœlum? minimè AA. in vanum abiere suffragia, actum egere vota, validissimo Coagmentatorum singultuum assultu Cœlestis nunquam enervata è solyma; tanta siquidem Deorum munera illis duntaxat, quæ Augustissimo hoc in templo hodierna luce quot annis eolimus festiva, reservata sunt temporibus.*

Nec durum accidet in meam vos pertrahere sententiam AA. Academici. Etenim si plantatio virtutum, hæresum extirpatio, si veri Numinis agnitio, fidei orthodoxæ professio, ipsa proinde longævò annorum intervallò suis in cineribus jam jam latitantùm ad vitam revocatio non infimum genuinæ fortis est indicium, quis prodigiosum Sanctissimi SPIRITUS illapsum meditans divinitus nobis datam atque impertitam non fatebitur felicitatem? Mirabili cujus virtute dudum tumulatus revixit, regeneratus est orbis. Ut ad trutinam, quid quid verborum asserui, vocem veritatis, dicite amabo! vestram hic exquiro sententiam; vixitne priusquam ex superna inter flammam, turbinem, ac fulgetra egrederetur Regione Divinissimi SPIRITUS, Sionis verticem visitaturus, mortalis progenies? Vixit; si sinè calore, aut Spiritu charitatis vivere vita est, vixit; si omni peccatorum genere conspurcatam animam viventem nominare fas est. Ab ea computando hora, qua post infortunatum illum meridiem inflamatus irâ vindex Deus deambulavit ad auram, contra folium, quod inanis ambitionis vento in Deitatis solium rapi attentavit, suam potentiam ostensurus, devios è Paradisi regia fugavit transgressores, ad illa usque (de quibus sermo est) aurea tempora, Deum immortalem! quàm mortuam viximus vitã, delectabamur vespertilionũ instar tenebris lucem persequendo. Exultabat effrænis vivendi licentia, grassabantur scelera, regnabant sacrilegia, omnis è medio virtus tollebatur. Infinitus existerem, cuncta, quibus se polluerat, & vel maximè ideo se ipsammet ene-

caverat orbis (*anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur*) si recenserem facinora. Exulabat fides, calcata jacebat in DEUM pietas, vi-gebat execranda supremi Numinis adoratio, dominabatur Polytheismus, detestanda per universas orbis, quæ latè is patet plagas religio colebatur. O tempora! ô mores! ô miserum mundi statum! deplorandam conditionem! quousque autem Israëlita Vefani, insensati Adæ filii! quousque repudiato mannâ suavissimò Ægyptiacas morte plenas aspirabitis ollas? Quousque relicto fonte vivo dissipatas, aquas continere non valentes, fodicabitis Cisternas? Sat meò videri palbitastis in cæcitate, sat aberrando salutis viam cucurristis iniquitatis semitam; revertere jam ô Sunamitis! revertete, exurge tandem somnolenta! virulentumque vitiorum evome toxicum. Ast oleum operamque perdo; induratum est Cor peccatoris, quò magis ad meliorem vivendi normam mortales desudo reducere, eò fortiùs dormiunt in nocte somnum suum, hæreditario minimè contenti crimine semper grandæva magis proficiunt malitiâ; quasi gigantes non montes montibus, sed scelera ipsis montibus immaniora sceleribus accumulant. Quis nostrum deformem hanc mundi faciem conspiciens, eum moribundum non declamet? Viden toto jam pallefcit corpore, in lethale frigus rigescunt membra, obmutescit lingua, omnes sensus, quibus ad funera usque vulnerata est anima, suo destituuntur motu, impiam nunc agit animam, en! mortuus est, *requiescat in pace.*

Suo in peccatorum busto tumulatum spectandum hic exhiberem mundi cadaver, nisi visu adeò sædam, odoratum intolerabilem. aperiendo Scenam malevolentia incurrendæ formido deterreret, avocaret. Omittendo hæc de causâ quinquagenorum & amplius Sæclorum spatiò corpus sinè anima, animam sinè vita, sinè charitatis, virtutumque calore jacuisse stirpem humanam, quos hucufque adumbravit infelices, utpotè vitâ functos, jam reviviscentes Adamitas demonstratura properat Oratio. Arbitraris autem, *Vaticinare fili hominù!* sedentes in umbra mortis illuminatum iri? Illuminabuntur; *putasne mortuus homo rursus vivet?* vivet; quibus resuscitandum viribus intelligendi votum est? Dicam: Illius, quo sese arctissimè stringit personarum Trias, cujus ad osculum Pater in Filium, Filius in Patrem, mutua eliquatur dilectione, vos Divinissimum SPIRITUM cogitate: hic namque regenerandarum fons est animarum, hujus peculiari, quidquid ab imprincipiato creatur principio, redimitur à Nato, sanctificatur virtute. Juraverat quondam diris provocata sceleribus, Divina Nemesis terrificò decidentium. nubi-

nubifragiorum diluviô turpem iniquitatis delere Characterem; horrendum, ut adimpleretur Sacramentum, omne adversus Carnem corruptam ruptis Cœlorum Cataractis pandebatur malum, obruentibus undique fluviis in mare amaritudinum vertebatur lacrymarum vallis, atque ut tota humani generis profapia lethiferò undarum sepeliretur chataclysmò, ipsa etiam suprema montium scandebant Cacumina fatales aquæ; vidit hoc Divinissimus SPIRITUS, & dum vidit, antiquarum reminiscens misericordiarum, pollutam supra terræ faciem adduci minimè horruit, suavisonos vocavit favonios, superbos humiliavit latices, frœnatòque olympi furore regeneravit orbem. Ex limo in Paradisi viridarium vocatus Adam, dum unò aridentis pomi bolò seductus, eundem, quem, nè violentum cederet in spoliolum, protegere jussus, primus spoliaverat hortum, adeo in se Tonantis excitavit iram; ut non ipse duntaxat è jucundissima deliciantis pomarii terra fugatus ad infamiam, tribulorum germina condemnaretur: verùm, quod ærumnarum. Caput est, cuncta protoplasti posteritas, tenebrarum Principi, æternis laqueis traderetur concatenanda. Vidit hoc Divinissimus SPIRITUS, & dum vidit, amore, qui pondus est, inclinatus, Virgineum Sacro imprægnandum partu obumbravit uterum, Divinum eduxit Herculem, quo oppressâ hydrâ, debellatò orci Cerbero, disruptis vinculis è mancipatu absolutus est homo, aurea rursus donatus libertate. Quoties denique (nè præfixos Semihoræ excedat limites, abbrevio dictionem) quoties, inquam, ægrotare, deficere cœperat, ruinæque proximus videbatur mundus, toties Sacro-Sancti hujus Numinis sanatus est gratiâ, erectus est robore. Atque eodem in impietate nunc emortuum, quis hæsitat vivificandum? Hæsitârat nequaquam devota Apostolorum Cohors. Vix his invidæ nubes, quem Pater dederat Magistrum, eripuerunt Christum, extemplò aperti sunt oculi eorum, cognoverunt se sine Christo, qui vita est, spirantes, in Regione mortis figere domicilium, totum universum infidelitatis, ac peccatorum Caligine spectârunt opertum. Miserandæ hujus vitæ fastidiosi promissum (ut reviviscant) postulaturi, Paraclitum solymam ingrediuntur: O quantâ hic argumentorum efficaciam cunctis gentibus sollicitant Spiritum, unanimiter in oratione perseverantes ambiebant, indui virtute ex alto, effusis supragenas lacrymâs solidos, ut in animantes se resolvant guttas, conabantur liquare Cœlos, diu noctûque eam in ore gestabant vocem: Veni Cœlestis Auster, exsicca vitiorum palludes! Veni dilecte ex dilecto *insuffla super interfectos istos, reviviscant, sicut.*

Sentique super pedes suos. Potentes preces! vicistis invincibilem, ligâstis omnipotentem. Potentes lacrymæ! exiguo gloriâmini pondere, & nihilominus vivificantem animarum Spiritum ad nostrum usque traxistis confinium. Est ea verè amantis indivisa proprietas, ut quàm primùm amati auxilium flagitantis sentit vocem, omnî morâ sepositâ ut ferat suppetias, unicum suum collocat studium, hâsque nisi tulerit, quasi errabundus à scopo oculus dulcis quietis frui non valet otîd. Decies illustris luminum parens circuiêrat Zodiacum, & jam apparuit benignitas Domini, admittebat ad thronum gratiæ evibrata fidelium è cordibus suspiria causam. propositura, acerbissimâs elegit hæc infortunatam funerati mundi describentem sortem, lamentabili quærimonia, in vita mortuum, exanimatum in anima, vivo tumulatum in corpore deplorabant hominem. Quid factum arbitramini AA. ? Portentum! funestissimæ huic intererat actioni, qui alicubi abesse nescit consubstantialis amor, statimque ac plorantis Ecclesiæ auscultavit oden, adeo (parcite fictrici eloquentiæ) adeò vulneratus est corde, ut in triumphum ductus mox amicam in æternum sibi in fide desponsatam consolari decreverit, atque roborare; & quia SPIRITUS Sancti gratia morarum est impatiens, repente densas frangit nubium Crates, inclinât Cœlos, descendit, egreditur. Frangit, ut inhumana hominum frangatur duritia; inclinât, ut declinemus à malo; descendit, ut tumulata ascendat felicitas; amantissimo Patris, Filii que pectore egreditur, ut redivivum agendo Eliæ um faciat neoanimatos egredi illos, qui usque adhuc habitant in sepulchris. Audi fragorem! audi strepitum! Spiritus vitæ (apage mors) jam rotatur in turbine, tumultuatur in vento, totam ubi omnes erant sedentes vehementi tonitruum sonitu concutit domum, formatis in linguas flammis congregatorum insidet verticibus, spiraculum vitæ inspiraturus.

Ast quod tragicum oculis conspiciendum hic se pandit theatrum? blandiebar mihi, non parùm Divinissîmi hodierni Numinis qualificando adventum vestras exhilarâsse mentes; verùm spe falsus, ah me infelicem! video vos hædere animis, vacillare artubus, exalbescere vultu, verbò repentino de Cœlo factò sonitu totos quantos vos intueor perterritos. Ego, ut veritatem fatear, timoratam hanc prima fronte conspiciens faciem tam ingenti succussus sum horrore, ut, dum propiorem ad argumentum jam figere jubeor gradum, mei officii propè oblitus cursum vix continuare valeam Orator; & profectò ipso in dictionis medio corona-

rem finem, nisi altiori rem pervolvens Consilio timore, ubi nullus est timor, vos conspicerem trepidare. Errat sanè totòque, ut ajunt, Cœlò aberrat, quis quis repentinum ventum, reboantia in aëre tonitrua, depluos è Cœlis ignes, inter quæ portentosus SPIRITUS Sancti contigit illapsus, irarum conjecturat omina. Salutem spirant omnia, vitam universa, ventum illum nequaquam sævum putate Boream, placidissimo ab Austro suam nactus est originem, qui, dum flat, fluunt aquæ non stillantes ad mortem, sed rorantes ad vitam; tonitrua illa fulmina sunt, non inficior, sed amoris, non acuta in tela, ut feriant, sed divisa in linguas, ut urforum in morem exanimem partum lambant ad vitam; ignes illos ultrices non credite flammæ, sunt animatrices scintillæ, quæ aut aggregatos inimicæ corruptionis consumunt humores, aut congregatos gelidæ aversionis succendunt affectus; sunt amplissimæ charitatis favillæ, non quæ opulentam incensæ Domûs suppellectilem in exitiale constringunt bustum, sed quæ coarctata terrigenarum Corda capacia æternis thesauris in scrinia dilatent; vel dicite pace mea urere istos, incinerare illa dicam ego resolvere in cineres, sed reanimandos; dicite ventum hodiernum deturbare omnia: Dicam ego emoliri Urbem, sed quam ædificavit amor sui usque ad contemptum DEI; omnia hæc denique prodromos dicite mortis: Dicam ego fore expellendæ, quia vitæ melioris introducendæ.

Quæ autem (opponit non nemo) quæ lucis ad tenebras, minarum ad blanditias Societas? Quæ ignis cum prosperitate, tonitruum cum vita fœdera? quæ ventorum ad salutem amicitia? nunquid cum amore furor, ovis cum lupo morantur simul, uno eodémque sub tegmine vita recubat cum morte? Quid ignis? Crudelis pestis est; cujus inexplebili fame, devastantur Provinciæ, miserandò exitiò involvuntur oppida, ipsæque hortorum delitiæ in nihilum desolantur. Descenderunt olim conglomerati flammæ globi & inexpectato funere exanimârunt Sodomam, tristem in favillam redacta est Gomorha. Quid sæva Jovis insignia? Inanimatæ bellæ sunt; ob quarum, quia inevitabilem, rabiem, tristior timetur ruina, majorque perniciës. Vidit in Spiritu supremi ex arbitri throno succendi fulgetra, evaginari tonitrua, Boänerges JOANNES, quæ sequella? infaustissima divisa est in partes pentapolis, devorata sunt gentium Civitates, atque non modicum iræ indignationisve Divinæ effusum est in Babylon. Nonnè Eurorum impetu, ut ad fyrtes naufraga allidant Carbasa, deglu-

deglutiant navigantes ad bella, ad rixas composita exstimulantur æquora? Quoties illorum Vefaniâ, diruuntur nemora, turrium gigantes æquantur solo, obvia quæque violento amplexu rapiuntur, sternuntur, evertuntur. Epulantibus, ac lætantibus in Domino patientiæ primicerii liberis, exortus ventus validus ingenti fremitu invasit, conquassavit palatium, hócque corrrente, ô immanitas! inter everfæ domûs rudera oppressa occubuerunt Jobina germina. Valetet argumentum AA. si ignes, tonitrua, ventorumque naturam omni penitùs infestandi vigore destituta, declamaret animus. Verùm eò minimè tendit Oratio, illud solùm velim concedatis; ea non, adeò vitæ, ac salutis esse inimica, ut non aliqua sui ex parte sanandi, vivificandique gaudeant virtute. Lænarum rugitui, cui communiter experimur appropriatum terere ad mortem, stat non minùs veluti proprietas congenitum suos Catulos parturire ad vitam. Habet Æolus, quo proterat, habent fulgura, quo vitam adimant, at habent quoque, quo exanimis in novæ vitæ animent resurrectionem. Ultimam per me licet augeretur, perniciem Vulcani lypara, habet hæc etiam unde securam æternaturæ tranquillitatis speremus felicitatem. Liceret hic utinam, nè cum Pysyllis in Austrum pugnare videar, aut venerandam temporum Canitiem, aut scripta virorum lustrare monumenta! Proh! quàm multa, quàm præclara, quibus quàm longissimè mea confirmaretur sententia, comperirem testimonia. In albatem ab ossibus campum vocatus Ezechiel, ut quò caruerant, introduceret Spiritum, auxiliò accersivit ventum, vitali cujus beneficio revixerunt cadavera in exercitum grandem ordinata. En vitam in turbine! atrificiosæ luti Compagini supremam addendi cupidus perfectionem Prometheus face è Cœlo sublata in animam viventem formavit opus. Quam senilis invalidavit languor vitam restauratura phoenix, suo studiosè digesto in nido ignitûs solis radiis totus perstrictus inflammatur, incineratur; dùmque in fumum abiisse creditur, mox melior aliâ, prior tamen ipsa, multoque vegetior exultat in tumulto, nascitur è Cinere. En vitam in igne! si fidem Genebrardo datis, generantes Cervæ tam immani premuntur dolore, ut in mortis constituerentur periculo, nisi sollicita rerum mater subveniret physis, tremendo insultu concuteret firmamentum, in tonitrua resolveret æthera, quorum boatu perterrefacta Cervi-parens illico lethali liberatur à cruciatu, ipsa quasi ex sepulchro prodit, suumque foetum enititur incolumem. En vitam in tonitru! quod si jam à prima origine fulminum, flammaram,

ventorúmque natura ad vitam æquè inclinavit, ac mortem, erit-
ne, qui hodierna luce de pari eorum dubitat virtute? veritatem
persequimini, eandem iis, si denegatis facultatem AA. horum si-
quidem secretâ efficacîâ vincularis tenebrarum filiis clarissimus
veritatis accensus est lucifer, quo dempta gentilitatis, omnigeno-
rúmque vitiorum caligine æternæ serenitatis spicula cæca vibra-
ta sunt in pectora. Audio hîc festivos, *procul & de ultimis finibus terræ,*
resonare applausus; Audio expectata Palestinæ, Achajæ, Scy-
thiæ, Armeniæ, Asiæ, totiúsque orbis declamare encomia, di-
ctionem stabilitura: mortuæ eramus DIVINISSIME SPIRITUS!
Tuis autem à caloribus sanctioris vitæ recepimus animam; tonásti
hodie terrificis in linguis, & in viam directi sumus integritatis; lu-
ximus obscuro sub deterrimæ infidelitatis peplo, Tu vivificantem,
dum visitásti orbem, è nubibus elisísti ignem, unò cujus beneficiò
perditum veræ fidei drachma reperimus; salutifero è thesauro
Deitatis spirante apparuísti in austro, & fugato sterilitatis patre,
Aquilone in amænissima Ecclesiæ excrevimus viridaria: O auspi-
catissimam SPIRITUS Sancti flammam! O admirandam vento-
rum potentiam! tonitruum fœcunditatem, unde refecta, animata
est mundi Universitas, vitam hausit & salutem!

Lascivientis eloquentiæ libertate, quæ hucusque asseruit
Orator, nequaquam conficta credite: veritatis medulla est, quid-
quid verborum fecit Panegyris. Vix siquidem purpurati Ecclesiæ
Patres induiti sunt *virtute ex alto*, Superi! Quæ rerum mutatio? Quæ
morum venustas? Quis veram in religionem fervor? Quanta un-
dique nausea idololatriæ? Quis vestrùm hæc, cum contemplatur
animò, novam in Adamitis haud suspicit, veneratur vitam? Con-
festim, quæ impium sæculum ferream congelavit in duritiem, in-
caluère, eliquata sunt pectora, dum devotos fidelium penetra-
vit animos, penetratos dissolvit, dissolutos individua gratiarum
Comite replevit, ornavit charitate Divinissimus Amor. Vix
SPIRITU DEI, & viventes, & ambulantes suavissimam gratiæ
legem promulgârunt discipuli, ilicet, quæ in millena hæcenus
dissecabantur fragmina, in fidei congregabantur unitatem, in Cor
unum, unam in amantis animam adunabantur dissociatæ naturæ.
Dum armata gratiis Apostolorum phalanx vastos orbis universi
circuivit fines, Septennîs SPIRITUS Sancti clangebat buccinîs,
harum in omnem terram exivit sonus; jam ad solemne classicum
corruit iniquitatis hospita, concidit tenebrarum patria, ejectús-
que

que foras Princeps hujus mundi in perpetuum victricis fidei evasit ludibrium. Immenfus forem, ſi ea ſingula, quæ hodierna die depluit Cœlum, commemorarem benefacta; eo ex tempore, quo vehementi ſonitu Hieroſolymitanum concuſſum eſt Cænaculum, mox in terra aliena reſonabat Domini Canticum, in ultimis Indorum angulis Spiritu, & aqua renati Eccleſiæ matris jubilârunt filii, vixque in Judæa notus Deus, in omnes diffuſus eſt Regiones. Verbo à flammivomo hodierni SPIRITUS SANCTI in terras illapſa Judæorum everſæ ſunt Synagogæ, delubra, mentitorum Numinum contrita ſunt ſimulacra, dæmoniôque meridianô enecatô, ad unius Trinique Numinis cultum converſa eſt Adamæa progenies. Sicque reſpiravit, factus vivus, felix, fauſtus, fortunatusque evasit orbis.

Habetis hic AA. Academici, quæ de portentoso DIVINISSIMI SPIRITUS adventu pro annua ejuſdem ſolemnitate breviter dicenda duxi. Habetis in ignibus vitam, ſalutem in vento, felicitatem in tonitruis. Habetis perditam virtute SPIRITUS SANCTI ſacrilegæ gentilitatis impietatem, fractam ethnicæ ſuperſtitionis perfidiam, è faucibus Erebi ereptum Univerſum. Exulta jam reparato orbis! plaude redivivum mortalium genus! linguam, ſenſus omnes in feſtiva lætitiæ ſigna reſolve. Tu verò, DIVINISSIME SPIRITUS! eundem, quem hodie felicitate donâſti, virtutibus reſtaurâſti, communire, protegere, firmum ac incolumem conſervare, ne deſinas orbem, omnium unum eſt votum: elide conatus impioſ, ut ſanctior Roma Eccleſia in perpetuum floreat, immunis, ſuis de hoſtibus alma triumphet. In nos omnes tuis ſub auſpiciis congregatos lucis tuæ effunde radios, præprimis autem Sacro-Sanctam in albo tuorum ſemper habeto conſervatam Theologiam, pro cujuſ incremento



D I X I.



R 14223
CITHARA
IN COELUM TRANSLATA
DIVUS IVO,

AB

INCLYTO COLLEGIO JURIDICO
LABACENSI, IN ECCLESIA S. JACOBI
COLLEGIJ ARCHIDUCALIS SOC. JESU PANE-
GYRICO SERMONE CELEBRATUS,


Perorante

PRÆNOBILI ADOLESCENTE

ALEXIO SIGISMUNDO
THALNITSCHER de THALBERG
RHETORICES STUDIOSO.

ANNO

M. D. CC. I.



LABACI ex Typographéo Mayriano.

MAGNE JUSTITIAE ADVOCATE,
Inclytæ Facultatis Juridicæ Tutelaris,
SANCTE IVO.

Habeat clientum devotissimo seu ad aras, seu ad
tholos, in perpetuum amoris in Te mei anathe-
ma deferre, & mansurum in annos & dies
devotionis monumentum appendere, Citharam.
Quæ Tibi dicata, absit, ut patrocínio Tuo indigna censeatur;
nam etsi vilis, minusque erudita, tamen nativam suam,
hæc pagina citharam commendans, excuet tenuitatem, No-
mini Tuo sacra: nihil etenim exiguum & vile, quod Divo-
rum inscriptum Nomini; quidquid humile, eximiâ statim
granditate superbit; quòdve vile, antiquâ protinus exutâ vi-
litate aurescit. Habebit proinde à Te oratio, quod illi de-
est. Ad aras Citharam suspendere placet, ut & devotum
Tibi, Tuòque juratum honori Inclytum Collegium Juridicum
Labacense tot in ea chordas se numerare sciat, quot numerat
membra, quæ omnia virtutum Tuarum sunt studiosissima,
& intemerati justitiæ patroni se digna Te Patrono compro-
bant, ac demonstrant. In ut intemeratos conserves in or-
bis emolumentum,

obrestatur

Devotissimus Client

Alexius Sigismundus Thalbitzcher
de Thalberg.

ORATIO.



Triumphalis iste hodiernæ lucis apparatus, & tam auspicata hodie Inclyti Collegij Solennitas sapientissimè decreta, firmitus stabilita, feliciter innovata, ut ardentissima præsentium omnium implevit desideria, ita ancipitem modò dicentis exercet facundiam, dum oculato licet partem in omnem consilio non satis perspicio, quid ad tantam apparatus majestatem vel splendoris adjiciam, vel quam in tanta rerum ubertate Orationis meæ materiam assumam Clarissimi Sapientiæ Proceres. Tantam enim, tam exquisitam Conventus vestri pompam intueor, ut nec venustatis aliquid ad elegantiam, nec splendoris ad gloriam, nec amplitudinis ad munificentiam desiderari posse videatur. Si adscitium aulæ ornatum inquiri; perstringit oculos fulgor, dum nihil præsens contueor non magnificum, inconcinnum nihil, nihil non ad selecti apparatus normam conformatum. Si in vobismet ipsis elaboratas rarâ arte corollas, læta fausta hodie tripudiantium murmura desidero; video ad Floræ formosioris invidiam speciosissimè coronatos vertices, quos non tam florum, quàm scientiarum varietate artifice manu Sapientia decoravit; video explicatos gaudiorum omnium apparatus. Unum tamen festivitati vestræ non incongruâ crisi deesse dixerò, dum festivo symphonicorum concentu vos desitutos intueor: ea enim suavioris symphoniæ vis est & præstantia, ut nihil vel ad aurium illicium amœnius, vel animorum illecebram dulcius, vel ad festivos apparatus dignius reperiatur: hæc una purioris scaturigo lætitiæ, alacritatis fomes, honestatis nervus, pacis inventrix, curarum levamen, conciliatrix gaudiorum; nimirum languescunt cætera, si quæ sunt hujus vitæ oblectamenta, quæ non festivâ numerorum harmoniâ animantur. Liceat ergo mihi solennitati Tuae Inclyta Facultas Juridica præana insonare, quando quémq; vestrum non posse non modulorum concentu delectari didici, quorum animos, si Plotino fides, suam à Musica duxisse originem, quin hanc ipsam rerum omnium universitatem musices adminiculo à præpotenti Numine veterum testimonio efformatam comperio. Nolim tamen aut resuscitatos in chordis Amphiones, aut animatos in lyris Apollines, aut jocantes in vo-

cibus luscinijs, aut salientes in cymbalis Castalides, aut Sirenes in fistulis resonantes vos à me prætolari; unam mihi Citharam hodiernæ diei supeditat solennitas, non quam vatum commentis celebravit Antiquitas, sed veriori artificio omnipotentis dextera efformavit; non radiantes inter siderum orbis suspensam, sed, postquam terris insonuit, in amplissimo Ecclesiæ firmamento gloriosissimè resurgentem D. IVONEM, in quem dum oculos animûmque conjicio, velut Citharam suspicio tot chordis, quot virtutibus suavissimè resonantem. Hæc in vocales concentus ineruditam provocat facundiam, hæc suavissimè vocum suarum varietate in sui admiratione animum defigit. Quare favebitis, confido animis, Divinæ Citharæ concentui, quæ inamænæ dictionis numerum, numerorum suorum suavitate temperabit.

denden ihrem Verlangen nachzukommen vortragen? Damit ich
 nicht nur derer billiges Begehren erfülle / sondern auch eueren
 andächtigen Fürwitz stille: folge ich anheut die Regl des Pre-
 digers des Lebens: Sit autem Sermo vester est, est, non, non:
 Euer Rede solt seyn ja / ja / nein / nein: so lebe ich voll der Aeng-
 sten; indeme ich alles was ich Lobwürdiges von diesem grossen
 Heiligen sagete / mit dem Nein widerumb vernichtete. Wann
 ich hingegen denen Grund-Satzungen der Welt-Weisen folge /
 und sage von IGNATIO, er seye einer der vornehmsten Heiligi-
 gen / so kan ich deroselben Lehr zufolge nicht mehr sagen / er seye
 es nicht; aber wie werde ich als ein Prediger dem widerholten
 so oft außdrücklichen Befehl Christi nachkommen? ich weiß was
 ich thun werde / ich will so wohl dem Gebott Christi / als der
 Grund-Regl deren Welt-Weisen nachkommen; ich will nach
 der Lehr Christi anheut zeigen / IGNATIUS der Grosse / seye
 ein Mensch / und seye keiner / und nach der Lehr der Welt-Wei-
 sen diesen unmittelbahren Wider-Spruch secundum diversam
 rationem, das ist nach unterschiedlicher Verständnus-Art wahr
 zu seyn erzeigen. Der dieses vernehmen will / sey bereit.

S wird manchen frembd vorgekommen seyn / da ich meis-
 nen vorgemeldten Vorpruch ohne Scheu angezogen hab;
 immassen die mehresten ihnen einbilden werden / ich werde an-
 heut an statt einer Lob- und Ehren-Predig von dem Heiligen
 IGNATIO eine Schmach-Rede sagen: aber sie fehlen weit;
 dann / als ich nach höfflichst beschehener Einladung zu diser Lob-
 Rede mich besinnete; was ich in diser Stund Ruhm- und Preys-
 würdiges von diesem wunderlichen Heiligen sagen solle / siele mir
 ein: ich solle die Heiligkeit IGNATII mit der außbündigen Ge-
 lehrtheit gegenwärtiger hoher Schulen übereinstimmen; bin
 ich auff die Gedancken gerathen: daß ich IGNATIUM einen
 Menschen / und keinen zu seyn euch zeigen wölle: beydes auß di-
 ser Ursach / damit ich mich theils danckbahr erzeige vor dises was
 ich allhier erlehret / theils meine gegen den Heil. IGNATIUM
 tra

tragende Andacht anzuzeigen. Lasset uns dahero vor das erste sehen / ob IGNATIUS ein Mensch gewesen sey? und wer will lang fragen? dann IGNATIUS ist auch wie andere Menschen vom Menschen gebohren worden / und zwar umb das Jahr Christi 1491. und da ich dieses rede / und beynebens betrachte / daß er gleich unserem Erlöser in einem Stall gebohren worden / erwecken mir des grossen Welt-Predigers Pauli Wort (in similitudinem hominum factus, Christus seye in der Gleichheit Mensch worden) gleichsamb einen unerörtherlichen Zweifel / zumahlen man von Christo so wohl / als von IGNATIO sagen kunte sie seynd nur in similitudinem gleich denen Menschen / nicht aber Menschen. Indeme es nicht folget / daß wann etwas dem andern gleichet / dieses das jene seye: also erzehlet die Göttliche Schrift / daß unser Uhr-Batter der erste Mensch ad imaginem & similitudinem DEI, (c) zu einem Ebenbild / und Gleichnus Gottes seye erschaffen worden; dannoch folget nicht hierauß / unser Uhr-Batter seye ein Gott gewesen: so scheinet es auch eine unrechtsambe Folge zu seyn / daß Christus unser Erlöser ein Mensch seye / weil er in similitudinem hominum factus: in der Gleichheit der Menschen gebohren ist; mithin auch der nothwendige Schluß folgete / daß IGNATIUS auch kein Mensch seye / weil er gleich Christo in dem Stall gebohren worden. Ich hätte mich in diesem Zweifel zwar verirret / wann ich nicht in etwas reifferen Nachsinnen die Wort in und ad noch bey Zeiten angemercket hätte: dann das Wörtlein ad, das ist zu / leydet noch einen Unterschied zwischen dem / und dem anderen / was einander gleichet; das Wörtlein in aber / erforderet eine unzertrennliche Einigkeit / wo nicht ein einzige Weesenheit: derowegen sagt der Göttliche Text: der Mensch seye ad similitudinem DEI, zur Gleichheit Gottes erschaffen worden; Christus in similitudinem hominum factus, in der Gleichheit der Menschen worden: damit ein jeder erkenne / der Mensch seye in seiner Erschaffung nur zur Gleichnus Gottes / nicht aber Gott worden / dieweilen Gott

dem

Dem Menschen nur sein Ebenbild eingedrucket / nicht aber seine
Weesenheit mit ihm in einer Person vereiniget hat; das Gött-
liche Wort aber in Christo seine Göttliche mit der Menschlichen
Natur in eigener Person vereinbahret hat; weilen ich dannens
hero weiß / daß IGNATIUS nicht in similitudinem, sondern
ad similitudinem Christi, das ist / nicht in der Gleichheit / son-
dern zur Gleichheit Christi in einem Stall gebohren worden / so
bleibet IGNATIUS in seiner Geburt noch ein Mensch / und zwar
gebohren von Hochadelichen Eltern in Hispanien. Hier kan
ich nicht unterlassen auffzuruffen / O des glückseligen Tags!
an welchen IGNATIUS gebohren / dann seine Christo gleichende
Geburt uns schon was gutes vorbedeutet / wie er nehmlichen der-
mahleins nicht ungleich Christo mit unermüdeten Eysfer das
Evangelium predigen werde. Ich hätte mich gar zu lang bey
der Krippen meines unmündigen IGNATIUM auffgehalten / lasset
mich mit euch IGNATIUM in seiner Kindheit / und Jugend er-
wegen / und betrachten / wo er ein Mensch seye? und es gedun-
cket mich schon / ich sehe IGNATIUM mit einem Heil. Joanne
dem Tauffer in seinen noch mündigen Jahren der Wüste zuehlen.
Was? Wüsten? solt dann der Königliche Spanische Hof ein
Wüsten seyn? ich will es anheut nicht erörtheren / ob ein Hof
auch eine Wüsten seye; dises auffß wenigste gesthe ich / daß / da
ich den von seinen Hochadelichen Eltern wohl erzogenen Knaben
IGNATIUM nacher Hof reisend sahe / ich mir eingebildet habe /
er ziehe in die Wüsten. Und da ich in meiner Einbildung etwas
verharrete / so fandte ich mich in selber betrogen; immassen ich
vorausß muthmassete / IGNATIUS werde bey Hof erwilden /
aber ich muß ihn noch als einen Menschen / und zwar in honore
betrachten; indeme er bey Hof sich nicht nur in denen von seinen
Eltern eingepflanzten Tugenden / sondern auch in allen einer tu-
gendsamben Jugend wohl anständigen Gemüths; und Leibs-
Übungen mit andere anfrischenden Eysfer übet. Kaum sahe ich
IGNATIUM in solchen Übungen / da gedunckte mich schon der

Allerhöchste habe schon an dem Spanischen Hof ein neues Paradenß eingerichtet. Da mir IGNATIUS in selben vorkommen/ wie unser erster Vatter Adam ware / welchen Gott der Allerhöchste in das Paradenß gesetzt: Ut operaretur & custodiret illum: (d) Auff daß er in selben arbeite / und solches beschütze; indeme IGNATIUS durch stätte Übung in denen Tugenden ohne Unterlaß arbeitete / und durch sein tugendsamb- und Preyßwürdigste Aufführung anderen zum Beyspil/als eine Nachfolgswürdige Richtschnur der Tugend dienete. Aber leyder! Homo cüm in honore esset, non intellexit: (e) IGNATIUS unser bißherige Hof-Mensch / da er in denen Hof-Ehren ware / hat es nicht verstanden / verstehe den Weeg Gottes zu wandlen: und da kombt er mir vor / als wie die auff dem Weeg irrende Apostel / in dero Nahmen Thomas zu Christo saget: Domine nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? (f) Herr! wir wissen nicht wo du hingehest / und wie können wir den Weeg wissen? auch IGNATIUS muß den Weeg Gottes nicht gewußt haben / dann er muß nach Pamplona reisen / und all dorten den Weeg Gottes lehren. Seyet mit mir nach ihm / wir wollen ihn in seiner Reiß begleiten! und sehet! hier müssen wir IGNATIUM als einen anderen Alexandrum erblicken; dann sehet! in seinem ersten Feldzug will er schon die Feindlich belägerende Nacht allein vertreiben / da er durch eine Stück-Kugl an dem Fuß verwundet / über die Bestungs-Wercker herunter fallet; ich hab gesagt / wir müssen an IGNATIO einen Alexandrum sehen: und nicht unrecht / immassen gleichwie Alexander der Grosse in einer Belägerung nach empfangener Wunden sich erst bekennet hat einen Menschen zu seyn / also mußte auch IGNATIUS disemahl erkennen / daß er von denen unversehenen Fällen nicht befreyet lebe. So ist dann IGNATIUS über die bevestigte Stadt Mauren gefallen? nicht anderst ist es; aber da ich dises rede / gerathe ich auff die Gedancken: Gott der

Aller-

Allerhöchste habe IGNATIUM wie einen Paulum wöllen auff
 die Erde werffen / damit er ihne nur mit desto grösseren Gnaden
 erhebe / wie mein grosser Augustinus sagt: Percutiens eum &
 sanans, occidens, & vivificans: (g) Und damit ihr sehet / wie
 wohl meine Gedancken gegründet seyn / so begleitet mit mir den
 verwundeten IGNATIUM in seine Ligerstatt / und da werdet
 ihr nicht nur die Stimm unseres zu ihne schreyenden / oder zuruf=
 senden Erlösers hören / sondern den Heil. Petrum, als den Für=
 sten deren Aposteln / allda die Stell eines Gesandten vertretend
 erblicken / ja die gebenedeyteste Mutter unseres HERN mit ihrem
 geliebtesten Kind bey IGNATIO die Besuchung ablegend sehen:
 von welchen er den Weeg Gottes zu wandeln erlehret hat;
 dann Homo cùm in honore esset non intellexit: IGNATIUS
 so lang er in Ehren gestanden / hat den Weeg Gottes nicht ver=
 standen. Aber sehet nunmehr IGNATIUM theils auß der
 von oben gehabtten Lehr-Schul / theils auß Lesung der Geschich=
 ten derer Heiligen / als etwas anderes an! und was dises?
 Comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est il=
 lis: (h) IGNATIUS ist auß einem Menschen einem unvernünfftig=
 gen Thier gleich worden; was? IGNATIUS, der sich bißhero
 als ein tugendsamber Mensch auffgeföhret / soll unvernünfftigen
 Thieren verglichen werden? nicht anderst ist es Geliebte! aber
 was vor einen? dises höret: Ezechiel der Prophet / der hat
 einmahls in seinen Gesichtern gesehen / den Glory-Wagen
 Gottes / welchen vier Thier gezogen hatten: (i) Nemblich ein
 Löw / ein Och / ein Adler / und ein Mensch; disen allen gleichet
 IGNATIUS, und zwar einem Löwen wegen seiner unerschrocke=
 nen Stärke / einem Ochsen wegen seiner unermüdeten Beständig=
 und Standhaftigkeit / einem Adler wegen seiner höchstliegenden
 Liebe / und endlich einem Menschen wegen seiner Preiß-würdig=
 sten Bescheidenheit. Und damit ich desto ehender zu der Prob
 komme / fange ich gleich an von der niemahls überwundenen

Stärke IGNATII: ich will es nicht bezugen / dann seine Lebens-Beschreibung zeigt es genug; was wollen dann so vil von denen Höllischen Geistern empfangene Schläg anders reden? als die unüberwindliche Stärke IGNATII, mit der er dasjenige an sich erfüllet hat / was Christus zu Petro von seiner Kirchen gesagt: *Portæ inferi non prævalebunt:* (k) Auch die Pforten der Hölle werden dich nicht übergwältigen; hier muß ich sehen an IGNATIO einen nicht nur gedultigen / sondern auch mit der Gedult alle seine Feinde überwindenden Job, indeme nicht nur er / sondern auch die von ihm eingesetzte Gesellschaft Jesu mit einer großmüthigen Standhaftigkeit alle Schmach und Unbilden erduldet. Ich hätte allhier kein End meiner wenigen Rede zu machen / wann mich nicht theils meine Unberedsambkeit / theils auch die Kürze der Zeit / von der Stärke IGNATII zu reden abhalte; muß daher auch auff die unermüdete Beständigkeit IGNATII kommen; und da ich von diser reden will / so muß ich IGNATIUM in die Schul gehend sehen / aber auch zugleich auff die Evangelische Geschichte gedenden / in welcher unser Seeligmacher denen umb den Vorgang streitenden Jüngern einen kleinen Knaben vorgestellt / zu ihnen sprechend: (l) Es seye dann / daß ihr euch demüthiget wie diser Kleine / wird keiner eingehen in das Himmelreich. Ich glaube vestiglich / IGNATIUS muß dises wohl zu Gemüth geführet haben / indeme er schon als ein Mann unter die junge Schul, Jünger sich mischet; in disen aber scheineth mir die Beständigkeit IGNATII nicht genugsamb erweisen zu seyn / nichts destoweniger geschweige ich des unermüdeten Fleißes / welchen er die Zeit seines Lebens theils in Unterrichtung der Jugend (wie es die ganze Welt erfahret an seiner von ihm gestifteten Gesellschaft) theils an so vilfältigen Reisen / welche er auß Liebe seines Erlösers zu Nutzen des Nächsten über sich genommen / und verrichtet hat / da könte sich ein Heil. IGNATIUS mit einem Paulo rühmen; *Bonum certamen certavi,*

tavi, cursum consummavi fidem servavi: (m) Ich hab einen guten Kampff gestritten / den Lauff vollendet / den Glauben behalten; ich hätte von der unermüdeten Beständigkeit IGNATIUS noch was mehrers zu sagen / aber es erforderet auch meine Schuldigkeit / daß ich von seiner Adler hochfliegenden Liebe etwas melde: unter allen geflügelten Thieren flieget der Adler zum höchsten; auch unser IGNATIUS flieget in allen seinen Thun und Lassen zum allerhöchsten / dann er flieget zu GOTT: Omnia ad majorem DEI gloriam: Alles geschehe zu der grösseren Ehre Gottes / dises ist sein ganze Regul; ich will hier alles / das omnia stillschweigend übergehen / nur allein dises will ich melden / daß IGNATIUS die Wort des grossen Welt-Predigers Pauli wohl zu Gemüth geführet habe / da er spricht zum Collossern: Omne quodcunque facitis in verbo sive in opere, omnia in nomine Domini nostri JESU Christi: (n) Alles was ihr thut mit Worten / oder mit Wercken / das thuet alles in dem Nahmen des Herrn Jesu Christi. Und gar billich / immassen eben dises anzeigt / daß der Mensch unzertrennlich mit GOTT umbehe; was aber glückseliges seye mit GOTT ohne Aufhören zu wandlen / bezeuget die Schrift an der Verzückung Henochs, und feurigen Himmelfahrt Eliæ: von Henoch redet die Schrift: (o) Ambulavitque cum DEO, & non apparuit, quia tulit eum DEUS: Henoch ist mit GOTT gewandelt / und ist nicht mehr erschinen / dann GOTT hat ihne hinweg genommen; von Elia bezeuget der Göttliche Text: Currus igneus, & equi ignei diviserunt utrumque, & ascendit Elias per turbinem in caelum: (p) Ein feuriger Wagen / und feurige Pferd / die theilten sie von einander / und Elias führe im Sturm hinauff in den Himmel. Auch IGNATIO widerfahret ein gleiches / indeme er in seinem Sterb Beth (nachdeme er in seinem Leben wie Henoch mit GOTT gewandelt / und wie Elias jederzeit GOTT geliebet) unter Anrufung des Hochwürdigsten Nahmen JESU seinen

Geist in die Hand seines Erschaffers auffgegeben; von welchem Hinschenden eine gelehrte Feder geschriben: Qui in vita agebat Eliam Spiritu, in morte ad caelum raptus est curru igneo charitatis: Der in dem Leben / und in dem Geist einen Eliam abgabe / ist in dem feurigen Liebs-Wagen in den Himmel gefahren. Ich hätte bald auff mein Versprechen vergessen / da ich IGNATIUM in den Himmel begleiten wolte: immassen ich versprochen hab / IGNATIUM wegen seiner Bescheydenheit / auch dem von Ezechiel gesehenen Menschen-Gesicht gleich zu seyn / zu zeigen; damit ich also meinem Versprechen nachkomme / so müssen wir IGNATIUM nicht mehr in seinem sterblichen Leib / von welchem er als ein Adler schon abgeflogen / sondern in seinen sittlichen Gliedern / das ist / in seinen hinterlassenen Gesellschafts-Kindern genau erwegen; und da ich dieses rede / erinnere ich mich des Ausspruch Salomonis: Filius sapiens lætificat Patrem: (9) Ein weiser Sohn erfreuet seinen Vatter; was grosse Freud wird daß IGNATIUS an seinen nicht nur weisesten / sondern auch bescheydnesten Söhnen haben? Da er nunmehr in der ewigen Glory sihet / daß die ihme von dem Himmel eingestöste Weisheit in seinen Nachfolgern noch immer blühe / zumahlen die jezige gelehrte Welt der Gesellschaft allein verbunden zu seyn / in Wahrheit bekennen muß: da er von oben betrachtet / daß die von ihme in seine Söhn eingestöste Bescheydenheit in noch bester Vollkommenheit verbleibe / mit der sie auch die gesalbten Nöse einzunehmen wissen.

Hier habt ihr nun außersöhlte Zuhörer IGNATIUM als einen und keinen Menschen / als einen Menschen biß zu seiner Bekehrung / nach derselben aber als keinen / sondern gleich denen von Ezechiel gesehenen in den Glory-Wagen Gottes eingespannten 4. Thieren; 4. Thieren? und zwar nicht solche wie sie auff Erde zu finden / sondern wie sie in Himmel gesehen worden.

Hier

Hier habt ihr **IGNATIUM** gleich einem Löwen wegen seiner Stärke / und Großmuth ; hier habt ihr **IGNATIUM** gleich dem Ezechielischen Ochsen : Gesicht wegen seiner Arbeitsamb : und Beständigkeit ; hier habt ihr **IGNATIUM** als einen hochfliegenden Adler wegen seiner gegen **GOTT** inbrünstigsten Liebe ; und endlichen aber gleich einem Menschen wegen seiner / und seiner Söhne Bescheiden : und Weißheit ; mit einem Wort : ich glaube mein Versprechen gehalten zu haben / da ich hab zeigen wollen **IGNATIUS** seye *Homo cùm in honore esset non intellexit, &c.* ein Mensch und keiner.

A M S R.



SCHOLA CRUCIS,

IN TUBA PAULI

RESONANS,

SIVE

ALLOCUTIO AD CLERUM IN-
SIGNIS NEO-CONFRATERNITATIS SUB
AUSPICIJS, & INVOCATIONE


S. CRUCIS ET S. PHILIPPI NERIJ,
Pro suffragio Animarum in Purgatorio,
& subsidio Domûs Emeritorum Sacerdotum.

*In Cathedrali Basilica Labaci Autoritate
Ordinaria Erectæ.*

PER GEORGIUM ANDREAM GLA-
DICH J.U. D. Canonicum Labac. &
Secret. Congregat.

*Die XV. Septembris in Generali Congressu primo post
erectionem*

ANNO M. DCC. VII.



LABACI, Typis Joannis Georgij Mayr, Inclyt. Prov. Cara. Typogr.




R 14226

SACRO CÆTUI

Almæ & insignis Congregationis sub
invocatione S. CRUCIS & S. PHILIPPI
NERIJ Labaci erectæ, In Generali
Congressu aggregato.

G. A. GLADICH FELICITATEM.

 *Rubescere deberem, dùm in-
concinnam hanc, & primam
allocutionem ad Sacrum Cæ-
tum Vestrum Sacerdotalem,
etiam typis, honoribus Vestris consecra-
re gestio. Si enim conspicio & dignitates
vestras, & virtutum prærogativas, &
sapientiæ Vestræ decora, iteratò refuge-
re oporteret ab audendo. Sed quia in
paucis, verbis meis usus, nec in tantum
prolabi ausim arrogantiæ, ut sa-
pientiæ vestræ, eruditos propinarem*

conceptus; sacram fraudem meditatus; Doctorem Gentium, vobis perorantem oggero, quem si non benè gessi, quantum meo defluxit ex calamo, id imperitiæ meæ tribuatis velim, nam nec temporis admisit angustia ad accuratiorem adhibendam limam, cum perfunctoriè alios suppleo, sed nec officio meo in hac opportunitate me deesse debere arbitratus. Hæc Encænia igitur, quæ reverenter deferro dum de summo CRUCIS nostræ mysterio, de vocatione Nostra, & novi Instituti ratione pertractant, ab absentibus saltem, & occupatis in messe Domini quorum lubens censuram subeo, benignè admittenda spero, quos non tam temeritati meæ, si quid audentius factum, quàm propenso in omnes studio, adscripturos confido. Interim incrementum opto Vestri Sacri Instituti, & Vobis perennitatem.

Non

Non enim judicavi me scire aliquid
inter vos, nisi JESUM Christum &
hunc Crucifixum. 1. Corint. 2.

SI inter tot mundanarum scientiarum varietates, tótque terrenarum fluxarúmque rerum studia, atque tot inter in diversas defluentium animorum vanitates, liceret mihi hodierna die in medio Vestrum constituto Sacra^{AA}. unum aliquid, quod vel studijs vestris congruum, vel adæquatum vocationi vestræ foret, palàm extollere, atque mentibus vestris, quod felicitatem tranquillitatémque Vestram augetet, impensius inculcare posse; existimarem profectò me non minùs, quàm Vos beatiore, si inculto sermone meo, Vestræ aliquid adjicerem prosperitati. Sed qui humanis divinisque litteris jam apprimè imbuti, qui à materno ubere virtutum præceptis animos instituitis, quid quid ex penu rudis Mineruæ meæ prodiret, invisum vobis futurum arbitror & indigestum. Nec vestræ curæ esse suspicor, illis immergi sæculorum studijs, quæ vel animum ad curiosa oblectamenta distrahunt, vel ad vanitatis pravitatem provocant, vel ad nefandum iniquitatis quæstum erigunt; *Nam hi corrupti & abominabiles facti sunt in studijs suis.* Vos verò qui dimisit mundum illecebras, & pompas sæculi invictò repudiastis robore, componite mentes ad summum virtutis opus, & siquid ex corruptibili vitiorum semine, in vobis relictum, & de terræ adhuc cupiditatis glebâ inhæserit, procul pellendum statuite, & abominabile ce^sete, quidquid humanum sapit.

Novam disciplinæ methodum quam sæculi prudentia non didicit, vel imbuta jam falso dogmate, spreto veræ sapientiæ lumine penitùs ignorare contendit, vobis, non ego, sed Gentium Doctòr tanquam tuba Spiritus sancti ob oculos poni jubet, qui inter vanitatis aliquando Magistros, ut eos ad veritatis viam

erudiret, constitutus, non in sublimitate sermonis, aut sapientiae, venit annuntiare testimonium Christi, neque iudicavit se scire aliquid inter illos, nisi JESUM Christum & hunc Crucifixum.

Novum proinde Scholæ genus, imò non novum, quod Paulus docuit, aggredior: hanc CRUCIS SCHOLAM nuncupo, in qua tot testimonijs de vera spiritus sapientia differitur, in quâ sermone & prædicatione non in plausibilibus humanæ sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus & veritatis, disputatur.

Memini enim vos lapsò anno ~~suapte~~ hujus Instituti primum jecisse lapidem, & fraternæ charitatis instinctu stabilisse fundamenta pietatis, dum in vestigio Statutorum vestrorum, DEI gloriam, Animarum salutem, & Charitatem ergà proximum, veluti Cardinales, imò Sacerdotales dicam, Fidei, Spei, & Charitatis virtutes, principalem scopum esse voluistis, jamque tum ad meditandum sublimia animos disposuistis, dum unanimi consilio, sub CRUCIS Trophæo congregati, nomen dederitis, & operam contuleritis, ad excelsam CRUCIFIXI scientiam propagandam. Neque discipulorum vices, in Regali quamvis Sacerdotio, Doctoris Gentium, tanquam antesignani CRUCIFIXI Præconis, subire erubescitis, *cui mundus crucifixus est, & ille mundo.* Quid ni vestra ex CRUCE assurgat gloria, & copiosa quam ambitis, animarum salus, quando per continuam pietatem vestram, amplius CRUCIS mysterium exaltabitur. *Verbum enim CRUCIS pereuntibus quidem stultitia est (inquit ille) ijs autem qui salvi fiunt, id est nobis, DEI virtus est.* Si DEI virtus? ergo pars divinitatis in nobis operata est, ergo summa, & invisibilis scientia, jam revelata est in cordibus Nostris. De hac itaque si Paulum ad hanc ministerij sortem mirabiliter vocatum, per me differentem audire, & de ærumnosâ ejus plenâ laboribus ad gentes prædicatione, in vestri exemplum erudiri cupitis, benignas exposco mihi aures præbete.

Antequam in Doctorem gentium evaderet Saulus, ipse prius CRUCIS insensibilis hostis, æmulator traditionis paternæ, Hebræus ex hebræis, inter blaphemos, flagitiosus pravitatis magister, secundum legem Pharisæus, secundum religionis sectam, persecutor Ecclesiæ DEI, quam velut feralis bellua impugnando, in ipsa sui origine supplantare contendit. Hic, adhuc spi-

rans minarum & cædis in discipulos Domini (recenset Actorum *Act. 9.*
historia) profectus est Damascum ad synagogas, ut si quos in-
venisset hujus vitæ viros & mulieres, vinctos perduceret in Jeru-
salem; sed ecce tibi, cum iter faceret, ut effunderet irarum mol-
lem in Discipulos, & terrore disperderet novella credentium Chri-
sti germania, circumfulsit eum lux de cælo, & cadens in ter-
ram, audivit vocem duellum quasi indicentem sibi. Saule Sau-
le, quid me persequeris? confusus & exterritus hoc vocis toni-
tru, ac tanquam tonantis fulmine percussus, tremens & stupens
quærit, quis es Domine? rursus audit: Ego sum JESUS quem tu
persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Sensit
mox supernam hanc vocem sibi ferire cordis intima, nec cuncta-
tus ad inopinum vocis sonitum vietas dare provocanti manus,
& exanimi voce in ducias petere. Domine quid me vis facere?
inquiens; at Dominus ad eum. Surge, & ingredere civitatem,
& ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Cecidit perfec-
tor, surrexit Gentium Doctor, prostratus in terram, erectus
ad sublimia, & hac potente Christi cum Paulo contentione (mi-
rabile dictu) hostile cor emollitum, factumque est subditum,
Saulus conversus in Paulum, lupus in agnum, persecutor in præ-
dicatorem, Judæus in Apostolum. Conversus proindè ad præ-
dicationis munus, ad quod immeuso lumine illustratus, palam
de se ipso professus est, suæque narrat antea vitæ, & novi
instituti rationem. *Audistis (inquit ille ad Galatas) conversatio-* Galat. 1.
nem meam aliquando in Judaismo, quoniam supra modum persequabar
Ecclesiam DEI, & expugnabam illam & proficiebam in Judaismo su-
pra multos coetaneos meos, in genere meo. abundantius amulator exi-
sistens paternarum mearum traditionum, cum autem placuit ei, qui se-
gregavit me ex utero matris mea, vocavit per gratiam suam, ut re-
velaret filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus, conti-
nud, & sine interpositâ morâ, non aquievi carni & sanguini; sed
velut ebrius gratia illustrationis supernæ, & tanquam mentis quo-
dam raptus excessu, profilui in medium inimicorum fidei, & tan-
to confessionis impetu prædicabam CRUCIS mysterium, quanto
illud antea impugnabam. Glorientur illi (inquit ille) qui vos
circumcidunt, in præputio carnis vestræ, mihi autem absit gloriari Galat. 6.
imposterum, nisi in CRUCE Domini nostri JESU Christi, per quem
mibi mundus crucifixus est, & ego mundo: hæc summæ meta gloriæ
mih

mihi CRUX esto, *nemo mihi molestus sit, nemo me turbet in hac CRUCIS gloria, Ego enim stigmata Domini Nostri JESU Christi in corpore meo porto.*

Enim vero debuit vas electionis evacuari fordibus, quas de humanâ pravitate, & antiquæ legis cæcitate contraxit, & impleri divinissimi Spiritûs sancti gratiâ, ut nomen Crucifixi JESU portaret coram gentibus, & regibus, & filiis Israël. Et quia ostensum est illi quanta oporteat eum pro nomine JESU Crucifixi pati, posito laborum, & imminentium persecutionum timore, accinxit fortitudine lumbos suos, & urgente Spiritûs sancti gratiâ, furorem illum quo furebat in Ecclesiam vertit in Synagogam, odium in discipulos, strinxit in fidei hostes, depositâ veteris legis caliginè, in quâ per paternam traditionem ad pedes Gamaliel edoctus, abjectâ mundi sapientiâ, in quâ præ cæteris excellere visus: Illam solam, quam à Christo per revelationem didicit fidem, per quam regenerata est nova creatura in sanguine Christi, indefesso studio propugnabat, & nihil amplius, nihil se scire jactabat, nisi JESUM Christum & hunc Crucifixum. Ita nimirum hoc CRUCIS munitus præsidio inchoat CRUCIS suæ SCHOLAM per Fidei mysterium, quod tanquam signaculum est redemptionis Nostre, & præsentis vitæ discrimine in vinculis & contumelijs peragrabat infidelium regiones, disseminando undique gloriam Crucifixi DEI, per novæ fidei Sacramenta, destruendo Synagogarum delubra, profanando Idolorum Fana, patrando in manu DEI ad gentium stuporem inaudita portenta, & CRUCIS mysteria dilatabat, cujus amore nihili pendebat quidquid mortalem animum beare posset, nihil perhorrescebat, quidquid calamitatis turbines cieret, vitam & sanguinem in discrimen vocabat. *Nam qua mihi fuerunt lucra (scribit ad Philippenses) hac arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam JESU Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora ut Christum lucri faciam, & inveniar in illo non habens justificationem, qua ex lege est, sed illam qua ex fide est Christi JESU, qua ex DEO est, Justitiam in fide.*

Philipp.
c. 3.

Ita nimirum, dum in hac CRUCIS SCHOLA de fidei mysterijs ardentius aliquando cum Judæis disputaret Athenis, & Idolorum cultores ad veri Numinis agnitionem perducere stude-
ret,

ret, quos verbo DEI, & doctrina revelationis institueret, Epicuri & Stoici Philosophici hujus inauditæ fidei Auditores secum reputabant, Paulum somnia & deliria, atque novorum dæmoniorum esse annuntiatorem. Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait: *Viri Atheniensis, per omnia quasi supersticiosos vos video, præteriens enim, & videns simulacra vestra, inveni & aram, in qua scriptum erat IGNOTO DEO, quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. DEUS qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cali & terra, cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse dat omnibus vitam, & inspirationem, & omnia: Suadensque eis ut pœnitentiam agerent, eò quod statuit DEUS diem in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Cùmque audisènt resurrectionem mortuorum, quidam irridebant eum, quidam verò dixerunt, audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiit de medio eorum, quæsi indignos reputans, qui reciperent mysteria fidei, qui CRUCIS SCHOLAM subirent: quia terrenis implicati curis, & sæcularibus scientijs vani, nihil supernorum admiserunt, quæ dicebantur à Paulo, in suo gentilissimi imbuti errore, in tenebris priscae legis immorantes.*

Quod cum idem animadvertisset in Galatis Paulus, jam antehac per prædicationem suam informatis in Fide Christi, per absentiam suam denuò ad priora relapsuros esse, indignabundus exprobrat illis. *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire Galatæ veritati, ante quorum oculos JESUS Christus præscriptus est, in vobis Crucifixus. Quis Judæorum vobis invidit Evangelij libertatem? Ecce per prædicationem meam, quasi vivam & expressam imaginem, depicta est vobis O Galatæ passio, vita, & CRUX Christi, ut in illa prædicatione mea, per Fidem Christum Crucifixum in vobis quasi præsentem intuiti sitis, & tamen ad vana denuò animum adjicitis, ad pristinam legis vestræ cæcitatē recurritis. Hoc solum à vobis volo discere, ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Non utique ex circumcissione, & operibus legis quæ mortua est, cujus laqueus per Crucifixi redemptionem contritus est, & nos liberati sumus, ergo ex auditu fidei, quam per me audistis, eique obedistis, & Spiritum sanctum cum visibilibus donis accepistis. Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ij sunt filij*

Abraha. Nam Abraham credidit DEO, & reputatum est illi ad Justitiam. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, quoniam autem in lege nemo justificatur apud DEUM, manifestum est, quia Justus ex fide vivit. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est, maledictus qui pendet in ligno. Christus videlicet in sua persona benedictus, factus est maledictio, quatenus personam subijt peccatorum, quorum peccata & execrationes in se luendas, & in Crucis supplicio expiandas suscepit.

Ut autem eos amplius confirmaret in fide, quærit per Allegoriam à Galatis. *Dicite mihi qui sub lege esse vultis, legem non legistis? scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de libera, unum de Ancilla. Sed qui de Ancilla secundum carnem natus est, qui de libera secundum re promissionem. Hæc enim duo sunt testamenta, unum quidem in monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar. Illa autem qua sursum est Jerusalem, libera est; quæ est Mater Nostra. Hæc duo nimirum sunt pacta, duo scœdera testamenti, unum quidem, in monte Sina, ubi traditum, & in tabulis promulgatum est vetus testamentum in servitutem generans, quod servos timore pœnarum, ac spe bonorum temporalium effecit, quod Agar est, quæ testamentum vetus indicat. Illa autem quæ sursum est Jerusalem, præsens videlicet Ecclesia novi testamenti, quam Paulus per Revelationis instinctum, & per Crucis mysteria prædicavit, quæ tamquam Sara dominatur in libertatem, ut scœcunda mater generans in hæreditatem Filios, cujus caput est Christus pro nobis Crucifixus, descendens de celo, & rursùm ascendens, undè perfectio Ecclesiæ in superis & cœlestibus rebus emanat, nimirum in Fide, Spe, & Charitate, in DEI gloria, in Animarum salute, & Charitate DEI & proximi. Libera est ex perfecta Charitate, quæ foras pellit timorem, per quam non servili timore, sed amore filiali servitur DEO, quæ est Mater nostra, quia ex sterili gentilitate, quæ idolis & Dæmonibus serviebat, collecta Ecclesia, innumeros Christo Filios peperit.*

Evellendo itaque Paulus radices priscaë legis, per quam salus operari non valet, plantavit novæ fidei justificationem, in qua regenerati sumus per sanguinem Christi, per CRUCEM & mysteria redemptionis nostræ. *Stato igitur (exhortatur Galatas Paulus) & nolite iterum iugo servitutis contineri. Stato firmi, & constantes*

stantes persistite in suscepto fidei lumine, & nolite idolis, & demonibus, nolite carnis concupiscentijs, nolite vanis & mundanis scientijs ad laqueum usque implicari. *Ecce ego Paulus dico vobis; si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Nempè Christi per CRUCEM redemptio, nihil proderit fides, nihil baptismi gratia. Ego enim fratres, si circumcisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior, ergo evacuatum est scandalum CRUCIS? Scitote autem, quoniam in Christo JESU neque circumcisio aliquid valet, neque præputium. Nimirum neque Judaismus, neque gentilismus, sed fides, quæ per charitatem operatur. Quæ videlicet in charitatis opera sese diffundit, quæ per internam vim, & occultam efficaciam ad ultimum finem conducit: Nam vana, & inania modò sunt, quæ legum figuris, & typis olim didicimus, postquam Christus in CRUCE nostra expiavit delicta, postquam chirographum servitutis delevit. *Nunc ergo soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritus, non in vetustate litteræ, cum justificati simus gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo JESU.* Ego enim per legem legi mortuus sum, ut DEO vivam (inquit ad Galatas) Christo crucifixus sum CRUCI, vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus, quod autem nunc vivo in carne, in Fide vivo Filij DEI. Quod iterum innuit ad Colelsenses. *Et vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, convivicavit cum illo donans nobis omnia delicta, delens quod adversum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud CRUCI.*

Dùm igitur in novitate spiritus exaltavit Paulus gloriam DEI in gentibus, & quasi tuba Spiritus sancti personans, toti mundo revelationis suæ induxit fidem, plantavit pariter per CRUCIS redemptionem spem futuræ gloriæ, quæ revelata est in cordibus Nostris. *Nam spem ex fide, spem Justitiæ expectamus.* Ita Paulus postquam ostendit, nos non justificari amplius per legem, sed per Fidem Christi, per mysteria redemptionis CRUCIS: demonstrat Romanis, quanta sit excellentia & celsitudo, tum utilitas hujus justitiæ, quam Nobis Christus per CRUCEM suam attulit, per quam in nobis regeneravit spem ad vitam æternam. *Justificati ex fide pacem habeamus ad DEUM per Dominum Nostrum JESUM Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriam in Spe Filiorum DEI, non solum*

autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem tribulationem, tribulatio autem spem, spes autem non confundit, quia Charitas DEI diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Ex quo tria nobis consideranda suggeruntur, in qua tota Spes consistere debet, charitas adoptionis, veritas promissionis, potestas redditionis. Non est via ad Regnum, sine præmijs Regni, nec sperare potest cœleste Regnum, cui non super propria regnare membra adhuc donatur. Omne enim opus leve fieri solet, omnis labor & periculi metus absconditur, cùm ejus pretium cogitatur. Nam spes præmij solatium est laboris, inanis enim Crucis est labor, & cruciatus corporis, & animi passio, ubi marcescit fructus futuræ gloriæ, & quæ non videtur, non speraretur. Quod alibi ad Romanos confirmat Paulus. Et ipsi intra

Rom. 8. nos gemimus, adoptionem Filiornm DEI expectantes, redemptionem corporis Nostri, spe enim salvi facti sumus, spes autem qua videtur non est spes, nam quod videt quis, quid sperat? si autem quod non videntur speramus per patientiam expectantes.

Hebra. 11. Nam fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In sua itaque laborum & persecutionum patientia totus se diffundit Paulus, in spem redemptionis suæ & Israël, ita ut nec vincula, nec mortes metuat, nulla mala exterius, quæ tolerat, sentit: Propter spem Israël (glorietur Apostolus) catena hac circumdatus sum. Amplius in hac spe fesus, exorditur Epistolam ad Timotheum.

Corinth. 9. Paulus Apostolus JESU Christi per voluntatem DEI, secundum promissimam vitam, qua est in Christo JESU, qui illuminavit vitam & incorruptionem per Evangelium in quo positus sum ego Prædicator, & Apostolus, & Magister gentium, ob quam causam hac patientior, sed non confundor, scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem. In illum videlicet diem quo reddet cuique DEUS secundum opera ejus. Hac nimirum spe fretus velut alter sol universum propemodum ab Oriente ad Occidentem, pervolavit orbem, immensa terrarum mariumque spatia, tot undique calamitatibus pressus, emensus est. Spe tamen semper fixus ad horizontem Cœlestis Patriæ, tanquam terminum sui instituti cursûs per Orbem terrarum, cujus per voluntatem DEI constitutus est Apostolus. Hac spe Damasco suum primum, post conversionem, instituit cursum in Arabiam usque,

usque, unde post triennium denuò Damascum reversus: inde
 abiit Hierosolymam. Hierosolymis per Cæsaream venit Tarsum,
 inde cum Barnaba Antiochiam, unde ab Ecclesia Hierosolymam
 missus, ut pauperibus Hierosolymitanis eleemosynam, & colle-
 ctas fidelium perferret. Inde Antiochiam rediens: Jussu Spiritus
 sancti abiit Seleuciam, mox in Cyprum. Ab hac per Panphy-
 liam, Pisidiam, Lycaoniam; Hierosolymam rursus pervenit,
 unde denuò ab Apostolis missus est cum Sila & Barnaba, peragra-
 vit Syriam, & Ciliciam, deinde Phrygiam, Galatiam, & Misiam,
 inde venit Troadem, ubi per visionem vocatus in Macedoniam;
 Europam ingressus pertransiit Boeotiam, Achaïam, Epirum;
 sicque ab Hierosolymis usque ad Illyricum, omnes in circuito re-
 giones Evangelij prædicatione explevit. Tandem rediens Hieroso-
 lymam inde Romam victus perductus est, sed denuò liber dimis-
 sus, Italian, Hispaniam, aliâque loca immenso labore peragra-
 vit. Quo hæc tendebant Pauli itinera, quo cruce, labores, &
 animi angustia, quo vincula & carceres, quo pugnae & agones
 cum fidei hostibus? Ipse fateatur Apostolus. *Bonum certamen cer-
 tavi, cursum consummavi, fidem servavi, in relinquo, (& ob id ipsum)* *Timothæi*
reposita est mihi corona Justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus *4.*
Judex. Illam nimirum coronam, quam spero à Justo laborum meo-
 rum Judice. Nec in vanum in eum spem meam colloco, qui
 æquus est retributor mercedis. *Ego enim (inquit ad Corinthios)* *1. Corinth.*
sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem verberans. *9.*
 Quia repositam habeo spem in sinu meo. Quis ergo præeunte
 tanto Athleta Paulo, connitente ad bravium immortale spem
 suam in vanum abjiciet, & sine spe curret per tot mundi illece-
 bras in incertum, & pugnando cum vitij aerem verberet? &
 non potius curret cum eodem in spe redemptionis CRUCIS
 Christi, ut propositam sibi laureolam immortalis vitæ optineat?
Sic currite ut Comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab
omnibus se abstenet, & illi quidem, ut corruptibilem coronam acci-
piant, nos autem incorruptam. *1. Corinth.*
 Nimirum felicem illam Patriam, *9.*
 quam violenti rapiunt per corporis & animi contentiones. Non
 enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.
 Nam, nostra conversatio est in cælis, unde & Salvatorem expellamus *Hebræ. 13*
 Dominum Nostrum JESUM Christum, qui reformabit corpus humili- *Philip. 3.*

tatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. O fallacem igitur hominum spem fragilèmq; fortunam, qui currunt & conituntur in incertum, O inanes contentiones nostras, qui pugnando aërem verberamus, quæ in medio sæpè franguntur spatio, & antè in ipso portu obruuntur, quàm portum conspicerè poterant, quia in concupiscentia carnis, non in concupiscentia Spiritus currunt in incertum, fallit enim omnis spes quæ extra metam gloriæ DEI, & proximi salutem se porrigit. Misera spes, quæ non virtuti DEI innixa, quæ finem ultimum non inquit, ejus cursus, non ad viam veritatis, sed ad sui præcipitium proferat. Non sic, non sic, sed Paulum denuò percipite. *Imitatores mei estote fratres* (inquit ad Philippenses) *& observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam. Multi enim ambulant, multi currunt, quos sæpè dicebam vobis (nunc autem & sensu dico) inimicos CRUCIS Christi, quorum finis interitus, quorum DEUS venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nos verò, qui segregati à vulgo, qui speciali sorte distincti à grege, quibus patorale munus ex dispensatione Christi commissum, & supernaturalibus donis illuminati, currimus & percurrimus in ministerio*

Philip. 2.

1. Cor. 2.

Hebra. 12.

Rom. 8.

CRUCIS ad salvandas proximorum animas, erigamus spem entis nostræ, ad ea quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis descendit. Curramus per patientiam ad propositum nobis certamen (ut denuò Paulus nos animat) aspicientes in auctorem fidei, & consummatorem JESUM, qui proposito sibi gaudio sustinuit CRUCEM, & confusione contempta. Ergo per spem, propositam hæreditatem præstolemur tanquam filij DEI quos adoptavit per CRUCEM suam in dispensationem mysteriorum suorum, ad quam hæreditatem nos vocavit per tolerantiam crucis & passionis Nostræ. Audite pro consolatione vestra de hoc amplius Paulum diserentem. *Ipse enim spiritus testimonium reddet spiritui nostro quod sumus filij DEI, si autem filij & heredes, heredes quidem DEI, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, & conglorificamur, existimo enim quod non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in Nobis. O igitur spem felicem, O spem beatam, quæ tantam nobis pollicetur pro exigua crucis patientia, pro cursu tam modico, hæreditatem tam amplam, & immensum Patrimonium Christi.*

Quanto purrò exæstuabat Paulus charitatis igne pro animarum salute ad Christi Crucifixi imitationem, uberrimæ sunt ejus testi-

testimonijs Epistolæ, plena sunt factis exempla, qui tanquam
 Christianæ Virtutis & perfectionis Magister peritissimus, ean-
 dem magis vita & gestis, quam sermone docuit, & expressit.
 Ipse de se fatetur: *quotidie immolor inquit propter gloriam vestram*
fratres: sed esti immolor supra sacrificium fidei vestra, gaudeo & congra- *Philip. 2*
tulor omnibus vobis. Sim ego sacerdos, vos hostia, libamen
 sanguis meus. Sim ego crucifixus pro salute Vestra, vos secun-
 dō per me geniti Christo. Qua de causa, quasi pater, qui tō-
 tum Orbem genuisset, sic perturbatur, sic sollicitus erat, sic
 omnes in regnum DEI festinabat inducere. *Instantia mea quoti-*
diana, sollicitudo omnium Ecclesiarum, quis infirmatur, & ego non *2 Corinth.*
infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Dum enim aliquan- *11.*
 do coram Agrippa Rege victus suæ prædicationis causam defen-
 deret Paulus, atque fidei argumentis innocentiam suam palàm
 faceret, in modico inquit Aprippa, me suades Christianum fieri:
 cui Paulus: *Opto apud DEUM, & in modico & in magno, non tan-*
tum te, sed & omnes qui audiunt, hodie tales fieri, qualis & ego sum! *Afflor. 16*
exceptis vinculis his. Ita nimirum charitatis ardore omnes in unum
 corpus effici, omnes uno colligi, non in materiali sed fidei vin-
 culo, cupiebat, quemadmodum Christus, qui exinanivit semet
 ipsum pro nobis formam servi accipiens, in similitudinem homi-
 num factus, ut crucis mortem subeundo, nos sibi charitate co-
 pularet. Id probavit egregio de se ad Corinthios dicto, Paulus.
Cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucr *1. Corint.*
facerem, factus sum Judæis tanquam Judæus, ut Judæos lucraver, ijs *9.*
qui sunt sub lege, quasi sub lege non essem (cum ipso sub lege non eram)
ut eos qui sub lege erant, lucrifacerem, ijs qui sine lege erant, tanquam
sine lege essem (cum tamen sine lege DEI non essem, sed in lege essem Chri-
sti) ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant, factus sum infirmis infir-
mus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum ut om-
nes facerem salvos. Quid luculentius hac charitate, quid sinceri-
 us hoc animarum amore? sed amplius declarat suæ charitatis
 æstum, dum Timotheum monet, ut memor sit prædicationis
 secundum Evangelium ejus, in quo laborat usque ad vincula,
 usque ad carceres, usque ad Crucem, quasi male operans. *Sed* *2. Timot.*
verbum DEI (inquit) non est alligatum, ideo omnia sustineo prop- *2.*
ter electos, ut & ipsi salutem consequantur, que est in Christo JESU
cum gloria Cælesti. Hac charitate Paulus Victus JESU Christi, ma-
 gis quam diademate coronatus, gloriatur. *Ego (inquit ipse), in la-*
boribus

1. Corint. horibus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum,
11. in mortibus frequenter. Neque hic stetit amor Pauli, sed quoti-
2. Corint. die celsior assurgens, & quasi in corporeus, imò igneus ad om-
 nes labores, quæ retro sunt obliviscens, ad ea vero quæ prio-
 ra sunt extendens se ipsum, ad destinatum persequebatur bravi-
 um supernæ vocationis DEI in Christo JESU, nec ante desinit,
 quàm amorì divino vicem redens amore erga proximum, illi
 vitam cum sudore & sanguine refudit & profudit. *Ego enim non*
Affor. 2. solum alligari (inquit) sed & mori in Jerusalem paratus sum. Ex
 hac igitur ingenti & ardentissima animarum charitate, qua om-
 nes DEO lucrari contendit, proximique salutem cupidissimè
 quærit, quid nisi excessivi amoris erga proximum sunt testi-
 monia? quin ad Philippenses audèntius affirmare audeat.
Philipp. Testis est mihi DEUS, quomodo cupiam omnes vos in visceribus JE-
 SU Christi, & hoc oro ut Charitas Vestra magis & magis abundet in
 scientia, & in omni sensu. Et hoc est quod præparans transitum
 de gratijs gratis datis, de quibus paulò ante disservit, ad Cha-
 ritatis virtutem se convertit, dum ad Corinthios dicit: *Emulamini*
1. Corint. autem Charismata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis de-
12. monstro. Quæ illa excellentior via, nisi charitas, quam tot præ-
 conijs extollit, tot laudibus exornat, quæ tanquam virtutum
 Regina omnes antecellit præstantia? nam mox subdit. *Si lingujs*
1. Corint. hominum loquar, & Angelorum, Charitatem autem non habuero, fa-
13. tus sum velut æs sonans, & cymbalum tinniens. Incondita nimirum
 & confusa sunt opera, quæ ad charitatem proximi & utilitatem
 non vergunt, quemadmodum inanis & obstrepera loquacitas per
 tinnitum æris & cymbali, indicatur. *Nunc autem manent, Fides,*
ibid. *Spes, Charitas, tria hæc, major autem horum est charitas:* quæ vir-
 tutum est maxima, cujus ingentiâ sunt spatia, immensum æsti-
 mationis pretium, incircumscripita facultas, inæstimabilis valor,
 incomparabilis honestas. Sicut enim inter elementa, ignis emi-
 net, inter metalla aurum, inter cœlos Empireum, inter pla-
 netas sol, inter Angelos Seraphin; ita inter virtutes quasi Regi-
 na eminet charitas, quæ animos omnium circa se inflamat, est
 aurum fulgentissimum quo cœlestes emuntur merces, empireum
 cœlum est, in quo habitat cum electis DEUS, sol est qui omnia
 illuminat, sæcundat, & vivificat; seraphica virtus est, quæ sera-
 phinos ardentes efficit. Hæc ardebat Paulus hæc consumi pete-
 bat

bat, hac cupiebat conflagrari. Quid plura quæris à Paulo? imò
è multis accipe adhuc vivum hujus charitatis in insensibilissimos sibi,
terra marique hostes, Judæos à salute relapsos, exemplum pari-
ter & argumentum. *Veritatem dico in Christo (fatetur ad Romanos)* Rom. 9
non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu
sancto. Quid affirmare contendis? Paule tanto veritatis testimonio?
Quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo, ad quid
te torques quid angeris? *Optabam enim ego ipse anathema esse à Chri-*
sto pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Sed
quid agis Paule? nonne desipis? nonne contra charitatem, con-
tra Christum pro cæcis Judæis pugnas? Nequaquam, sed pro
charitate, contra charitatem, in charitate conctor & tendo.
Optabam & opto anathema esse à Christo, opto pro charitate
Christi à Christo divelli, opto pro salute Judæorum, non ab
amore, sed à beatitudine, & gloria Christi, à Christo & cælo;
etiam in æternum si opus sit, exul excludi: depono pro eis
esse anathema, depono esse diris devotum caput: dempto pec-
cato & Charitatis naufragio, depono mihi æternum exitium.
Opto oroque Domine, omnia irarum tuarum fulmina Judæis im-
minentia, ut eis parcas, in meum caput retorqueas, effundas,
vibres, exhaustias. O Imensos Charitatis ignes, O Amoris
Vincula, O inter mortales haud majus charitatis incendium.

Si qua ergo consolatio in Christo (exhortatur nos ad eandem Philipp.
Philippis) Si quod solatium charitatis, si qua so- 2.
cietus Spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum ut
idem sapiatis, eandem Charitatem habentes, unanimes id ipsum sen-
tientes. Ad vos hæc verba retorquet O sacra AA. vestra his
viscera tangit. Vobis pro Epilogo SCHOLÆ CRUCIS tan-
quam tuba spiritus sancti, qui totus charitas est, hanc eximiam
charitatem, hoc summum virtutis opus commendat, & altius
genio, quam viribus corporum decernuntur*, unde
rei consilio gestæ lætus ut plurimum est exitus.
Krieg wird vielmehr mit Wiß vnd Verstand / als mit den
Leibskräfften geführt. Hätten der Atthenienser
Statt Junkern nicht studieret / wäre es ihnen in dem
Sicilianischen Krieg viel übler ergangen: Dann als
dieselbe Syracus belägerten vnd durch ein vnversesehenen
Aufsfall der meiste Theil erschlagen / die übrigen aber ge-
fangener in die Statt gebracht / musien sie der Syracu-
saner Præceptores vnd Schulmeister abgeben / als
aber etliche darvon nach Hauß entwischt / vnd gefragt
wurden / wo dieser oder jener hinkommen wäre? gaben
sie zur Antwort; er ist erschlagen / oder hält ein Schul zu
Syracusa. Dionysius ein König in Sicilien hat sehr
wol studiert / vmb weilen er aber sehr tyrannisch regier-
te / wurde er auß dem Reich versagt / flohe nach Co-
rinth ins Ellend / damit er sich ernehrte / gab er alldort
einen Professorem ab. Also daß Cicero pro Archia

Poeta billich sagen können. Literarum studia
Nobilitatem illustant, plebem nobilitant, Ado-
lescentiam agunt, senectutem oblectant, res se-
cundas ornant, adversis per fugium ac solatium
præbent, delectant domi, non impediunt foris,
pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.
Literarum studia sagt Cicero erleuchten den Adel/
machen gemeine Leuth Edl / erhalten die Jugend / er-
lustigen das Alter / zieren den Glückseligen / trösten
vns in Widerwertigkeit / machen vns lustig zu Haus /
hindern vns nichts auff der Reise / wachen / schlaffen /
wandern mit vns / begleiten vns so lang wir leben.
Die hohe Nascita entgegen vnd Edlgeborner Stand /
ist zwar ein schöne Zier / vnd Kleinodt / kombt aber von
denen Voreltern her / vnd ist nicht durch welcher Edl-
geborn / erworben. Et genius & proavos & quæ
non fecimus ipsi, vix ea nostra puto. Der Reich-
thumb ist zwar in grossen Ansehen / aber in grosser Ge-
fahr dem Vnglück vnderworffen / grosse Digniteten
vnd Aempter seynd rühmlich aber ganz vnbeständig /
die Schönheit des Leibs ist annemblich / aber nicht
wörhafft / die Gesundheit ist thewer aber leicht verän-
derlich / die Leibskräften fürtrefflich aber im Alter
schwach vnd zergänglich. Lehr / Weißheit vnd Ver-
stand / ist allein verharlich. Mit wenig Worten / wann
man Leuth vnd Land regieren / zur Zeit des Fridens
Bestungen bauen / guete Gesätz vnd Pollicen anstellen /
Alliantz,

Alliantz, vnd Verbündnussen mit Außländischen Völckern auffrichten / die allgemeine Gesundheit / den Glauben erhalten vnd pflanzen / im Krieg Schlachten liefern will / muß solches alles mit Hülff der Gelehrten zur perfection vnd Vollkommenheit gebracht werden. Nec aliqua in hoc mundo potest esse fortuna, quam studiorum, & literarum non dirigat gloriosa notitia, Attestante Salomone Proverb. 15. Cor. sapientis quærit doctrinam, & os stultorum pascitur imperitia. Der Weise sucht Lehr / der Mund aber des Narren / speiset sich mit der Unwissenheit. Es ist ein lächerliche / aber bey dem Hesiodo ernstlich beschribene Historia. Die Psillij ganz vngelehrte Völcker in Libia litten fast alle Jahr von dem feuchten Sudwind / entweder an gemeiner Gesundheit / oder Feldtfrüchten grosses Verderben / dahero sie sich endlich in allgemeinen Landtag resolvirten, den Sudwind als ihren ärgsten Feind mit Krieg zu vertilgen / griffen sammentlich zu den Waffen / zogen mit völligem Kriegsheer dem Sudwind entgegen / schussen mit Pfeilen / stachen mit Spiessen / haweten mit Schwerdtern in den Wind ; als aber ein grosser Staub durch den bewegten Sand entstanden / seynd die einfältigen Tropffen erstlich blind / vnd endlich im Staub vnd Sand völlig erstickt / welche ein einziger Hippocrates, oder Empedocles ex Physica die Natur des Winds / vnd wie derselbe zu verendern / hätte können vnderweisen / vnd bey dem Leben

erhal

erhalten. Civitas parva, & pauci in ea Viri, (dicit Ecclesiastes cap. 9.) Venit contra eam Rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones in Gyrum, & perfecta est obsidio, inventusq; est in ea Vir pauper, & sapiens, qui liberavit Urbem per sapientiam suam. Ein kleine Statt / vnd wenig Leuth darinnen / sagt Ecclesiastes im 9. Capitul / es kam wider dieselbe ein grosser König / belägerts / machet Boswerck vnd Lauffgräben vmb dieselbe / es befand sich aber darinn ein armer weiser Mann / der hat mit seiner Weißheit die Statt erlediget.

Als Alexander Magnus, vmb daß die Statt Lampfacum wider ihn / sich mit den Persianern verbunden / durch Feuer vnd Schwert / bey Stingel vnd Bußen aufzurotten / auch auff alle Fürbitt das Gegenspil zu thun hoch verschworen. Anaximenes aber den vnersöhnlichen Zorn / vnd unwiderrufflichen Schwur vernommen / hat er sich für seines Vatterlands Abgesandten erhandlen lassen / gebrauchte sich seiner Logica, vnd sprach zu Alexandro. Ich bitte Ewer Mayest. daß sie alle Inwohner zu Lampfacum erwürgen lassen / die Statt aber ganz einäschern / vnd verbrennen / mit welcher conversion Alexander wider seinen Willen gezwungen worden / Statt vnd Inwohner zu verschonen / vnd das hat ein einziger gelehrter Mann mit wenig Worten erhalten. Also hat auch Kayser Octavianus Augustus die Statt Alexandria

xandria in Ägypten allein wegen seines gewesten Professoris Acrij zu bekriegen vnterlassen. Vnd haben die Poeten ganz Sinnreich gedicht / Pallas, der Studenten / vnd Soldaten Göttin / sey auß dem Hirn Jovis mit Schildt vnd Spieß gewaffnet / entsprungen / nach dem der arbeitssambe Vulcanus mit einem Beyl dem Jovi das Haupt zerspaltten; mit welcher Fabel sie zu verstehen geben / daß alle Wissenschaft der Gelehrten / sambt der Kriegskunst auß einem Göttlichen Gemüth herkomme / Himmel / Erd / Meer / vnd alles literis, pariter & armis durch gelehrte Kriegs-Fürsten / müsse guberniert werden. So lang ist Troja vergeblich belägert worden / solang das Palladium oder Studier- vnd Kriegs-Templ darinn unverletzt verbliben: Das ist / solang kan ein jedwede Statt vnüberwindlich verbleiben / solang sie sich durch gelehrte / vnd gerechte Männer regieren läßt.

Zu Zeiten des Pabstis Calixti Tertij liesse der Herzog zu Mayland die Päbstliche Stätt mit einer grossen Kriegsmacht überziehen / des Pabstis Cammer Junkern erschrecken / ermahnten den Heiligen Vater zum Hasen Panner / Calixtus sagte / wir haben vns dieser Kriegsmacht halber nichts zu befürchten: Dann es hat der Kirchen Status, noch mehr dann drey Tausent gelehrter Männer / mit deren Rath vnd Weißheit / wir aller Fürsten in Europa Gewalt / vnd Anschlag / vns getrawen zu vernichten / Multitudo enim sapientium,

sanitas est orbis terrarum, dann die Menge der Weis-
sen ist ein Hayl der Welt / sagt das Buch der Weisheit
im 6. Capitel.

Es möchte aber ein neidiger Spötter sagen / daß
die Regier- vnd Kriegskunst denen Medicis nicht könn-
ne anvertraut werden. Warum nicht? es bezeugen
viel Historien, daß wann es die Noth erfordert Krieg
zu führen / denen Medicis niemahls weder Wissen-
schafft / noch Hertz gemangelt: Dann am listigen
Rath / Podalirij vnd Machaonis beeder Medico-
rum hätte Troja nicht können eingenommen werden /
wann dieselben nicht in das hölzene Pferd geschlossen/
wäre des Königs Priami residentz an die Griechen
nicht übergangen / wie solches bey dem Homero zu le-
sen. Dieses hat auch ein Paduanischer Medicus Lu-
dovicus Media Rota erwiesen / als er von dem Pabst
Eugenio quarto wider den Herzog zu Mantland des-
sen Florentinern mit einer grossen Kriegsmacht zu
hülff geschickt / hat er den Feind mit einer blutigen
Schlacht überwunden / dardurch er dann den Patriar-
chatum zu Aglan / sambt dem Cardinalat zu danck be-
kommen. Eben dieser Medicus, hat auch den Türckis-
chen Kayser vor Griechischweissenburg geschlagen / vnd
die Belägerten Rhodiser entsetzt.

Mehrer vnglaublichen / doch warhafftigen der-
gleichen Exempla kürzen halber zu geschweigen. Hat
nicht Stephanus, des grossen Justiniani, vnd Theodo-
ricus

ricus des Mauritij, beyde Kayserliche Medici, jener vom König in Persien / dieser aber der Hunnen Chagan (wie solches Nicephorus, vnd Procopius beschreiben) allein den Frieden / vnd das Constantino-
politianische Kayserthumb vor Augencheinlichen Vntergang erhalten? also daß nicht allein / Gelehrte / Geisliche / Prælaten, Bischöff / Cardinal, neben denen Juristen zu grossen Digniteten, vnd Aemptern / sondern auch die Medici durch fleissigen Gebrauch der Bücher vnd Studiren / zur Regierung Land vnd Leuth / ja zu Rittern / Freyherrn / Graven / Cardinal / vnd Päbsten befördert worden.

Wann dann die Glorwürdigste Stifter / der allhiefigen Universitet vermercket / vnd wargenommen / daß ohne gelehrter Leuth Hülff vnd Beystand / ihre Länder nicht wol können regiert werden; haben wol die von den Babenberchischen / als Habspurchischen Stammen herkommene Erzherzogen von Oesterreich allhier zu Wien / ein allgemeine hohe Schul gewidmet / damit in allen vier Faculteten gelehrte Leuth erzogen wurden / auch so wol discentes als docentes ihren Büchern vnd Studiren ruhig vnd sicher möchten obliegen. Deswegen dann auch Ewer Gnaden heutiges Tags dem alten Gebrauch nach / bey gegenwertiger Pflicht eines Löbl: Statt Magistrats Herrn Burgermeister / Richter vnd Rath / der vns vom Päpfilichen / auch Kayserlichen / vnd Erzherzoglichen / Gewalt / ver-
liehener

liehener Freyheiten in Gnaden erinnern wöllen / daß sie
vns bey der solang wolhergebrachten Immunitet, vester
Posses vnd Vbung / nicht allein zähig solten verbleiben/
sondern auch mehr benente Univerſitet, als ein Zier
deß ganzen Lands zu recommendiern in Gnaden be-
lieben lassen: Hierumben thun gegen Ewer Gnaden
die gesambte membra Academica, neben meiner
wenigen Person sich mit gehorsambster reverentz be-
danken: Beynebens wolverordnete Herrn Burger-
meister / Richter / vnd Rath / hingegen vnserseits auch
aller günstigen affection, vnd Freundnachbarlicher
Wohlbewogenheit hinwiederumb versichern. Ewer
Gnaden aber vns zu beharlichem Schutz /
vnd Hulden gehorsambtst be-
schlende.



R 14235

ELEGIA

DE

ANGELIS.

SCRIPTA

A

CASPARO RHANIO,
J. U. STUD:



Anno salutis humane, M. DC. XL.



NOBILISSIMIS, CLARISSIMIS
ET AMPLISSIMIS
VIRIS,

DOMINUS
ELIÆ SCHWA-
NAUER,
J. U. C. aulæ & Judicio-
rum Advocato
eximio.

DOMINO
JOANNI
Pierschencken / S. C. M.
Supremæ Venationis
Præfecturæ Secre-
tario digniss:

DOMINO
GEORGIO
Zedenleittner à Leittensain/
S. C. M. inferioris Au-
striæ Regiminis à
Cōsilijs ratio-
num.

DOMINO
JOANNI
GEORGIO Frey-
singer / S. C. M. Consilio
Imperij aulico ab
Epistolis.
✠

*Dominis Fautoribus ac Promotoribus suis obnixè observandis
hancce Elegiam omni animi devotione dedicat &
consecrat*

A U T H O R.



ELEGIA
DE
ANGELIS.



Ortes jam referam, cæli terræq; ministros,
Imparibusq; modis fortia castra canam.
Splendida castra canam, quæ cætus ab æthere
missus,
Ad latus hinc nostrum nocte, dieq; locant.

Ecquis non tantam miretur pectore sortem
Aligerum? quis non carmina leta canet?
Hi faciles ducunt gressus per limina Olympi,
Sub pedibusq; vident sydera clara suis:
Hi sunt æthereo decorati lucis amictu,
Et radiant veluti lucida signa micant:
Attamen inferni diris cum cingimur armis,
Cumq; petunt nostrum seva pericla caput:
Sunt faciles nobis, facili cum mente, ministri,
Et scelus excubijs omne fugare solent.
Hæc ego dum meditor, surgunt ingentia captis
Quis reprimor, nî me Christe benigne levas.

*Ergò ades eterni numen spirabile Patris,
Huc ades ignotum dirige navis iter.
Annue principijs, & carminis annue fini,
Non procul à Sacra Musa recede chely.
Accenso & nostro, fac præstes, corde vigorem,
Angelicos valeam commemorare choros.*

C*VM DEVS aetisonans calum, terramq̄ crearet,
Ad verbi jussum constitit ordo poli.
Angelicas tandem præstanti numine turmas
Condidit, & claros luce nitente Duces.*

*Ætherei cunctos etiam splendoris amiētū
Sithonia, ornavit, candidiore nive.
Hi domino officio prompti parère jubenti,
Illius ad nutum jussa fidemq̄ colunt.
Emicat hinc Alti, clarissima imago, Tonantis,
Fulgida ut in speculis ora nitore micant.
Fulgent hinc summe radij virtutis, & equi,
Ceu nitidi lucent lumina clara poli.
Nec splendor, tumidas, rapit in contraria, mentes:
Nec levis eximie conditionis honos:
Nec amor illicitis inflamman's pectora flammis,
Nil nisi casta petunt, nil nisi casta sonant.
Mille modis summi demulcent cantibus aures,
Mille modis laudant condita cuncta DEI.
Iucundo aspectu Genitoris vultus & ora
Aspiciant, nec quis tædia finis habet.*

*O sint felices hæc intra castra manentes :
Infelix semper castra aliena petens.
Tendit in aduersum, sed, formosissimus inter
Cælicolas, fastu temnere iussa DEI.
En ego qui tantis, dicens, sum dotibus auctus,
Magno præ reliquis semper honore fruor.
Lux ego sum fulgens clare per Sydera lucens,
Et nitido, egregium, fulget ab ore decus.
Illustrem deceat splendenti lumine regem,
Ut sit subjectus disparitate viro.
Fortis agam contra: non me vis ulla recludet,
Non patiar nomen succubuisse meum.
Ascendam gaudens, & me super astra locabo :
Cælos imperio, consilioq̄ regam.
Talia flammato secum dum corde volutat,
Blandisona reliquos flectere voce petit.
Dicite vos socij, unanimi, vos dicite corde,
Qui mihi hunc estus conditione pares:
An vobis animus Domino parère iubenti?
An nostro arbitrio solvere colla iugo?
Aspicite ingenij quantis jam dotibus aucti,
Quam fortesq̄ sumus cum gravitate Duces.
Nonne ego si lati regerem vaga limina mundi,
Floreret nostra subdita turba manu?
Cur humeris, cur, triste jugum ferremus iniq̄,
Cum monstrant aliam fata futura viam?
Quis velit & lubens stricta sub lege teneri?
Qui liber cunctis legibus esse queat?*

An nos non moveat tantarum gloria rerum,
Esse parem summi qui regit astra poli?
Ergo qui cupitis factis extendere famam:
Tempus adest, jamjam, tendere vela rati.
Solvite jam portum: date vela, impellite remos:
Nam liquidum nautis aura secundat iter.
Astitit huic contra Michael fortissimus armis:
Dissuadens cunctis ausa suberba sequi.
O infelices, ingens qui vos furor effert?
Que vos regnandi dira libido trahit?
Quid struitis? Vanâ quâ spe decedere recto
Tramite? quis nocuas monstrat adire vias?
Quis jubet, & tantis caput objectare periclis,
Omnigenum contra quis gerat arma Ducem?
Vos moneo jamjam tumido secedite fastu:
Credite res magna est, temere jussa DEI.
Non feret Armipotens, in vos sua fulmina mittet:
Post in sulphureum conijcietq; lacum.
Ipse ego si monitis non comparebitis, in vos
Ex jussu Divûum bella cruenta geram.
Auribus auditis: Sathanas stimulante furore
Prosequitur nocuum perditionis opus:
Et magnam à dextro seducit limine sectam,
In levum ad stygios, tartareosq; lacus.
Contemunt reliquos, gaudent crudelibus ausis:
Inq; DEVM rabida, pectora bile tument.
Talia dum sunt REX justâ accenditur irâ:
Et frangit forti regna superba manu.

Fulmine degeneres subito detrudit Olympo
Ad fratres Erebi, Cymmeriasq; domus.
Lucifer hinc capitis perdit diadema nitentis,
Hinc perit & pulchri nominis omne decus.
Insita divina labuntur semina mentis:
Et densis tenebris obruta cuncta jacent.
Æqui qui fuerat Dominus jam factus iniquus:
Quæq; prius nituit cessat imago DEI.
Squallida, formosos, macies, tunc occupat artus:
Et notat informis lucida membra color.
Qui suavem molli deduxit gutture vocem:
Tartareo reboat tristia quæq; sono.
Sic cecidit Daemon ceciderunt ausa superba
Sic sedem in cælis disperiçere suam.
Inunc, i Dominum fastu contemne superbo
Inunc i jacta subdita regna tibi.
Iustam dum Sathanas patitur pro crimine pœnam,
Continuò ad technas confugit ille novas.
Humanas tendit petulanter adire cohorteis,
Castris opponens castra nefanda pijs.
Hic licet ingenti sit vincetus, ad ima, cathenâ
Tartara, luxatos fert tamen inde pedes.
Ah quam mirificos fraudum se vertit in actus,
Ut socios pœnæ possit habere pares.
Non Proteus potuit formas se vertere in omnes:
Hostis ut insigni, callidus, arte facit.
Decipit incautos dulces decerpere fructus;
Hinc fiunt laqueis præda petita suis.

In nos præcipites quantum intumuerè procelle
Quantum quassa fuit nostra carina malis.
Hinc labor, hinc cura, morbi, pestesq; famesq; :
Hinc lapsis atri Ditis aperta domus.
Quis memoret, Strygius, quantas dedit ille ruinas
Quas Phlegethoniæis protulit, hostis, aquis.
Virgineo, at postquam sentit, de semine, natum,
Deceptis requiem jamq; referre viris.
Fortius insurgit, totis & viribus audet :
Sævit & huc illuc, ceu rabiosa canis.
Flamma per incensas citius sedatur aristas,
Fluminaq; ad fontis sunt reditura caput,
Quam nocuis unquam possit desistere ceptis,
Fallendiq; truces linquere sponte modos.
Impellit primum natum de semine Adami,
Frater ut, irati fratris ab ense, cadat.
Hic Aharon sanctum liquefacto decipit auro :
Negligat ut verum religionis opus.
Insuper impuris inflamat pectora flammis,
Ob quas, immensus, mergitur orbis aqua :
Hæ Sodomam incendunt flagranti sulphure flamma,
Hæ Sybarin flagrant : sic quoq; Troja perit :
Quid moror in priscis ? an non exempla videmus
Quæ memori quisvis mente tenere potest.
Nam quæ primævos decepit fraude parentes,
Fraus eadem cunctis perniciofa manet
Ad fixam, veluti, juculat sua fulmina, metam
In nos telorum dirigit omne genus.

Mentita ab quoties nobis hic numina fingit,
Svadens, pro vero numine, falsa sequi.
Excitat irarum causas in mente furenti,
Armaque quae multis sunt operata malis.
Tristis hinc, acies cingit discordibus armis:
Hinc multo, tellus sparsa, cruore rubet.
Emissa ex Erebo furiae, ipso Demone pejor
Gens furit in nostris sinibus: astra tremunt,
Aspectu scelerum, Sol pallet, Luna nigrescit,
Cuncta Elementa horrent, nec modus est Lacrimis.
Ecquis enim, facies quae sit tristissima mundi,
Non videt, & toto horrescit ad hanc animo?
Heu quam magna, facit nobis, mala vulnera serpens
Quum nostra vita plurima damna struit.
Ceu Leo terribilis rugienti gutture praedam
Insequitur, cupiens exaturare famem:
Sic furit in miseros Princeps Archerontis aquarum,
Dum sibi grassandi per breve tempus adest.
Iocolumi infectos, diffundit in aere, ventos
Unde rapit multos pestis acerba viros.
Quid loquar? Huic si tanta foret concessa potestas,
Iam caeli & terrae pondera rupta forent:
Vel dum de gravido genetricis prodimur alvo,
Una esset vitae, mortis, & una dies.

HOs contra incurfus Sathanae, dirosq; furores:
Armat nos Christus colla superba domans.
Caliculis munit nos omni ex parte ministris,
Ut nostros actus dexteritate regant.

Hi leti imperio parent, & jussa facessunt:

Alateri nostro cuncta pericla fugant.

Illi adsuunt nobis cum praelia gliscunt in orbe

Conservant nostros sedulitate Lares.

Hi nos defendunt Daemon cum spicula torquet,

Turpiter ut quevis illius arma cadant.

Castos observant thalamos, moresq; pudicos:

Hos penes officij cura laborq; viget.

Impuras fugiunt flammam, moresq; nefandos:

Non hic officij cura operosa viget.

Nostra gemunt mala, collachrimant, gaudentq; vicissim:

Cum cernunt nostra dulce salutis opus.

Dogma DEI sacram, sacri verbiq; ministros

Servant: & cœtus prosperitate pios.

Sunt Socij adversis, Socij rebusq; secundis:

Dum faciunt homines que facienda sibi.

Palmas subjiciunt ne pes ledatur in arvis,

Per loca, dum durum, saxea, carpit iter.

Cernis ut ignota juvenum regione Thobiam.

Ducunt, & referunt ora videre Patris.

Ignibus aërijs jam nunc ardente Gomorra,

Castâ cohors Lothum ducit ab orbe pium.

Triste, licet, Solimæ conquassans mœnia, bellum
 Zachariæ invadunt nulla pericla Lares.
 Conjecto, Lybicos inter, Daniele, Leones
 Illorum rabiem continuère feram.
 Agnellos inter, veluti, sedet inclytus heros
 Altisonum celebrans, pectore & ore, Deum.
 Ardens ferventes vires non exerit ignis,
 Tres socios flammans quando caminus habet.
 Captivum duro solvunt de carcere Paulum,
 Vincula nec Petri continuère pedes,
 Sic sunt in medijs custodes sponte periclis:
 Sic sanctis firmum robur opemq; ferunt.
 Cœlicola, proprijs, sic vallunt mœnia, castris
 Sic peragunt forti fortia bella manu.
 Mortales tanto sic nos in turbine servant,
 Ne noceant homines, ne noceatq; Draco.
 Corde tibi grates, ergò, REX summe feramus
 Cœlestes nobis quod facis esse Duces.
 Et petimus sancta nos concomitare cohorte
 Qui monstrant nobis per loca cuncta viam.
 Comprime bellorum motus, pacemq; ministra:
 Bello nulla salus: maxima pace salus.
 Audi etiam gemitus, ô spes, o Anchora nostra:
 Consilium & nobis suggere & Auxilium.
 Hæc duo si dederis, etsi fremat omnis Avernus,
 Nostra potest nullus frangere corda timor.
 Sic lætas, læto promemus pectore, grates
 Sic latum referent pectora nostra Mædæ.

R 14236
Die bey dem Apollo beschuldigte
über beschehene

Verantwortung

aber unschuldig erkannte

Bier Facultäten/

SEU

DISCURSUS
ACADEMICUS

HABITUS VIENNÆ AUSTRIÆ,

CORAM

EXCELSO INFERIORIS AUSTRIÆ REGIMINE,

IN

RENOVATIONE
MAGISTRATUS CIVICI,

DIE 15. JANUARIJ,

PER

MAGNIFICUM, PERILLUSTREM, ET
CONSULTISSIMUM

DOMINUM

D. GEORGIUM CHRISTOPHORUM
MAYEDITSCH;

J. U. Doctorem, Sac. Cæs. Majest. in Excelso Inferioris Austriæ
Regimine Consiliarium, Celeberrimæ & Antiquissimæ Univer-
sitatis Viennensis

RECTOREM.

QUEM OFFEREBAT XENII LOCO

Georgius Heiß, Auth. Cæs. Not. Publ. & Univerfit. Viennens. Pedellus Jurat.

Viennæ Austriz, typis Joannis Georgii Schlegel, Univerfitatis Typographi, 1716.



Der Röm. Kayserl. auch zu Hispanien/
Ungarn und Böhmeib Königl. Majest. Erz-
Herzogen zu Oesterreich / Unsers allergnädigsten Lands-
Fürsten und Herrn/ Herrn. Ihre Excellenz Hoch-Edlichster Herr
Statthalter / Edlicher Herr Cansler / Hochansehentliche Herren
Rath und Regenten des Regiments der N. Oester. Landen /
Hoch- und Wohlgebohrne / Wohlgebohrne / Wohl-
Edl-gebohrne / Wohl-Edl Bestrenge /
Hochgelehrte /

Gnädige Herren.

WAnn die von Rudolph und Albert Erz-Herzogen zu
Oesterreich herkommend / von Friderich und Ferdin-
and / denen Römischen Kaysern vermehret / ualte
Wienerische Universität / zu den in gegenwärtigen
Salomonischen Tempel / höchsten Polices und Jus-
tiz-Rath / umb Erneuer- und Vernehmung einer zwischen dersel-
ben / und der gesambten Wienerischen Burgerschaftt schliessend Jahr-
lichen guten Verständnuß außgeschriben / und anheunt bestimben
Jahrs-Tag / anstatt ihres rothen eine geistlich- und weltliche Hiera-
chiam vorstellenden Aufzugs / in einem Trauer-Kleyd erschienen
wäre / wurde dieselbe meines wenigen Erachtens in die Censur des
Salomonischen Sitten-Lehrers nicht verfallen seyn :

Non est conveniens luctibus iste color.

Dann was kan einer allgemeinen Versammlung / Stadt / und
ganzen Land mehr schmerzlicher widerfahren / als wann sie anse-
hen müssen / daß ihre Schutz-Götter / auß deren Schooß aller Seegen /
Glück / zeitlich- und ewige Wohlfahrt / Frid und Einigkeit / auch
Sig / und Triumphe herabfließen / zu einem billichen Zorn bewegt /
ihre Göttliche Wohnungen zu ändern / und dieselbe gänzlich zu ver-
lassen sich entschlossen haben.

Und also ist es geschehen

Dann der göttliche Apollo hat den Wiannerischen Parnassum
übereinander gerissen / die lustige Pallas deren Musen geschlapffet / alle
freye Künsten / sambt dem Parnasso mit sich weggeführt / und gegen-
wärtige Universtät / in einen höchst betrübten Stand also urplöz-
lich gestürzet / das selbige dise gähe Veränderung mit blutigen Zähern
zu beweinen habe :

Nam Numine læso

Iratóque Deo nec prosunt vota nec arces.

Und obwohlen ich meiner schuldigen Ampts-Pflicht gemäß / an
die flüchtige Göttinnen der Zurückkehr halber durch die hiesige Arti-
stische Facultät eine beweglich- und demüthige Bitt-Schrifft ablauf-
sen / und die durch disen unverhofften Abzug / verursachte grosse Bes-
müths-Bestürzung mit folgenden bezeugen lassen :

Ite leves elegi profugas comprehendite Musas

Tristitiæque gravis nuncia ferte meæ,

Dicite cor misero nostrum tabere dolore,

Intusque inclusum corda cremare malum,

Quo mea Musa ruis, sic tu contemnere es ausa,

Convictum atque Scholæ nauseam habere meæ?

Cæsaris est studium terogo Pinde redi.

So hab ich doch hierauff die Widerkunfft nicht bewürcket /
sondern von dem flüchtigen Apollo die höchst- schmerzliche Antwort
erhalten :

Cogitavi annos antiquos, & in consilio

Parnassi repertum est, quod omnis

Facultas corruerat viam suam.

Und

Und da ich den Inhalt des Geheimniß: vollen Briefs durchlesete / ersah ich in meinem Studier: Zimmer eine himmlische Matron, auff dero Gestirn mit goldenen Buchstaben verzeichnet ware: *Quis ut DEUS?*

Ich bin / sprache sie die von dem Apollo abgeordnet: Göttliche Theology / darumben liebe die Wahrheit / und verachte alle weltliche Policy / höre meine Ambassada und Beschwärde an.

Ich hab quo ad formale ben Erricht: und Vermehrung diser Wienerischen Universität / die heylsambe Anordnung gemacht / daß die Hebräisch: und Griechische gleich der Lateinischen Sprach in denen Schulen mit einem grossen Eyffer gelehret / auch die Theses Theologicæ in solch dreyfacher Sprach von darumben defendiret werden sollen / als nach Zeugnuß der Apostel: Geschichten / auch Einstimmung Augustini, Chrysostomi, und Cypriani, die Scholastica Theologia zwar wohl begriffen / die heilige Schrift aber zu mehrern Nutzen der streitenden Kirchen / und Unterdrückung der von Zeit zur Zeit neu: auffkommenden Secten nicht wohl außgelegt werden könne.

Allein wo ist diese nothwendige Formalität gebliben? ist Apollo ein Herz der Theology / wo ist sein Gesatz? wo ist sein Respect?

Da hingegen auff das Materiale zu kommen / hab ich nicht unster andern Haupt: Lehren besagter Theology die auß dem Evangelisten Luca am 6. ten in dem alt: und neuen Testament gegründte Theses:

Benefacite, date mutuum, inde nihil aut saltem licitum sperantes.

Zu einem ewigen Kampff mit einem solchen Nachdruck hinterlassen / daß sie mit dem Ihro anvertrauten göttlichen Absolvo in so lang zuruck halte / bis der unzulässig auß dem Blut der Armen erpresste Wucher / nicht zu Aufferbauung der Kirchen: Altar / sondern denen rechtmässigen Eygenthumben und deren Erben zuruck gestellet werde / allein haben diese Theses ihre Absatz und Fallentias gelitten / auch der verdammte Wucher und Eygennützigkeit bey diesen verkehrten Welt: Lauff so hoch gestigen / daß bey dessen Wachsthum nicht nur allein die Theologische Tugenden Fides, Spes, & Charita-

tas zu Boden gefallen / sondern auch nach Zeugnuß der Politico-
rum die vornehmste Familien und Geschlechter in Germanien in
kurzer Zeit auffgezehret / ja auch ganze Städte durch solchen unter-
graben / und zu einen Steinhauften zusammen gefallen seynd / lese
hierüber Novellam 32. und höre zugleich Plur. de civit. Asiæ an :

Urbes Asiæ, ich sage urbes Austriæ sceneratores usque
aded dilacerant, ut privatim ingenui liberi, filiaque
virgines, publicæ picturæ, Donaria, Deorumque sta-
tuæ vendantur.

Welchen Unfug auch Tacitus lib. 12. Annal. nicht ungestraft
lassen / sondern mit dem verweisen wollen :

Summa scelera incipi cum periculo, & finiri
cum præmio.

Und da ich mit dem alles geendet zu seyn geglaubet / hab ich
die anderte göttliche Matron erblicket / und an dero Gestirn ex Ju-
venali Satyra 6.ta die Überschrift gelesen :

Turpi fregerunt sæcula luxu.

Ich hab/vermeldete sie / auff den vom Apollo an mich ergan-
genen Befehl die Juridische Facultät sambt dero selben Bibliothec
mit allen Fleiß besuchet / die volumina Bartholi, und Baldi, Pa-
normitani und Fagnani in denen verächtlichsten Winkeln ganz
verstaubet mit der Überschrift : Vix cernimur ulli.

Wingegen aber in denen prächtigsten Zimmern lauter Festin-
Casender / in welchen die Geburts / Nahmens / Vermählungs / und
andere durch das ganze Monath außgetheilte Zusammenkunften
angemerckt waren / angetroffen / ach / sprach ich Clarissime Domine,
nicht Clarissime, dann der Titulus Clarissimus ist der Zeit Vilissi-
mus, die in dero Bibliothec neu auffgekommene Authores seynd
nicht nur allein nach der Lehr Salustii ad Cæsarem orat. 2. ita di-
centis

Ubi enim subditorum animos luxus invast, ibi neque
disciplinæ neque bonæ artes satis pollent.

In theoria bey hoher Straff verboten / und dem gemeinen
Weesen höchst schädlich secundum illud Taciti lib. 6. Annal.

Et ille luxus urbibus vetus scenebre malum.

Sondern verursachen auch solche in praxi, daß die Rechtsführungen zu grossen Nachtheil der streitenden Partheien durch unterschiedliche heimliche Abweg und Verständnissen denen heylsamen Satzungen zuwider von einem in das andere Jahr & sic in seros nepotes verlängert werden / und dieser ist der Effect des jetzigen Luxus, wie kan ich dann allhier sagen jenes wahr zu seyn? *neminem lædere & dare unicuique suum*: Indeme hierdurch nicht nur allein die Gemeine und Privat-Geschäften in ihren Wirkungen gehämmet / sondern auch die zarteste Jugend als ein Zweig-Garten der zukünftigen Nach:Welt durch dieses Beyspihl zu einer schädlichen Folge verleithet werde.

*Filii enim tibi sunt, erudi illos & curva
illos à pueritia Eccles. 7.*

Und fahret fort Aristoteles *Ethic: lib. 2.*

*Educati siquidem rectè à Parentibus per sanctos &
justos mores boni evadunt cives.*

Dich frage ich allhier / du in Anfang kleine Römische Monarchi, quibus mediis du zum höchsten Gewalt gestigen bist? *Arena fui & excrevi in urbium Dominam*, lupino lacte enutriti pueri auxere robur, quod orbem domuit, durch keine andere Mittl / als die gleich nachfolgende von denen Römischen Burgermaistern vorgeschribene Policy-Gesätz.

Erstlichen per legem Fabiam, Krafft welcher niemand auff einer Mahlzeit mehr dann dreyszig Sektertios in unserer Münz zwölf Thaler verzehren darffte.

Andertens per legem Emiliam, vigore cujus denen Römern nicht mehr als fünf Berichte zu speisen zugelassen worden.

Drittens per legem Messiniam, welche alle Einfuhrn des frembden Weins und Schlecker-Bispl/ bey Lebens-Straff verbotten hat.

Vierdtens per legem Aristimiam, Krafft dero zwar einen Gast zu Mittag zu haben / solchen aber nicht länger als bis gegen Abend zu behalten verstattet worden.

Fünfftens per legem Antiam, Krafft welcher der Römischen Jugend alle Professionen / auffer des Kochens zu erlernen erlaubt wares

ware / Dann wo viel Röchle waren / die Leuth nur arm / der Leib ungesund / die Seele aber und das Gemüth beslecket wurden.

Und damit dises alles gehalten / und der Luxus verhütet wurde / lege Julia cautum fuit, ut nulli Romanorum nisi portis aperitis manducare liceret, damit die bestelte Censores gleich bey der Thür einen jedwedern Römischen Burger jenes erinnern könten:

Parfimonia est magnum vectigal.

Von der Medicinischen die Diätam liebenden Facultät / glaubte zwar nicht viel zu sagen / allein weilten auch in disem Hauß der Luxus einzufehren / und das Studium in etwas nachzulassen beginnet / als folgen auch die bey dem Apollo wider solche angebrachte Beschwärden :

Hæc sunt luxu deperdita tempora, in quibus nec Botanomia, nec curatur Anatomia, sed plüs garrulis Empyricis quàm litteratis Medicis creditur, hi sunt ficti Medicinæ Principes, qui sævitia morborum deteriti, hos mox insanabiles reputant, artisque terminos transiisse judicant cum Agrippa nullum aliud, quàm sequens remedium præscribentes :

Recipe Tabellionem unum, testes numero septem, adde Sacerdotem cum aqua & oleo benedicto, dispone domui tuæ & solve Medicum, quia morieris.

Nam

Tunc dicit Da Da cum clamat languidus ah ah.

Wey welchem Recipe auch wohl zu mercken:

*Empta solet charè multos Medicina juvare,
Et data si gratis nil adfert utilitatis.*

Wider die vierdte Philosophische Facultät stunde der abgeordnete Diogenes eine Latern in der Hand haltend / mit der Beschrift :

Deperditum Philosophiæ honorem quæro.

Ware nicht / sprache er / die Philosophen in Griechen Land in einem solchen Ansehen und Hochachtung / daß sieben vornehme Städten umb einen Philosophum in einen gefährlich j blutigen Streit gerathen seynd / wo hingegen der Zeit sieben hohe Recommendationes,

nes, umb die geringste Befürderung eines Philosophi einlauffen müssen: ô tempora! ô mores!

Wo ist gebliben die Geographi mit der Astrologi? wo die Astronomi mit der Geometri? alle diese hat der Luxus und höchstschädliche Ambition von denen hohen Schuellen abgeschafft/ und allein die Hircocervos und Ulpeanserres behalten.

Difficile enim est schreyet auff Curt. 5. de gestis Alexandri, nos contentos esse eo, quod occasio offert, quippe sordent prima quæque, cum majora sperentur, deme aber abzuheiffen/ gibet Didacus Saavedra symb. 22. ein stattliches Mittel an die Hand:

Cum tempore curandum, quod cum tempore debilitari coepit.

Loquere mein Rector/ sagte die Abgesandte/ ut te videam. Hierauff folget mein Antwort ganz kurz:

Audiatur & altera pars

Dann

Cur geminas homini concessit Jupiter aures?
Posset ut hæc læsis, illa patere reis.

Et hoc dilatorie, peremptorie aber ist es wissend/ quod si ne pecunia etiam Musæ sint mutæ, in der Sach aber selbstn hat nicht die Wienerische Theologey Religionem illam, quam Divus Petrus Apostolus tradidit Romanis vor ihre Theses usque ad extremam sanguinis guttam behalten und verfochten/ cunctos populos, quos Clementissimi nostri regit Imperium, in solcher erhalten.

L. I. c. de SS. Trinit. & fide cathol.

Auch nach Zeugnuß Augustini lib. 2. contra Julian. quod invenit in Ecclesia, tenuit, quod didicit, docuit, quod à Patribus accepit, hoc filiis tradidit.

Nach eben diesen Eyser hat die allhiefige Juridische Facultät ihre Theoriam in denen Collegiis zu allgemeinen Nutzen der studirenden Jugend gelehret/ in praxi aber zu Beförderung der streitenden Partheyen ganze Nacht ad Cleantis lucernam zugebracht/ auch annehbens ihre Theoriam und Praxim mit jenem Sapient. I. Dili-

gite *Justitiam*, qui *judicatis terram*, dergestalten gegründet / daß auß
dero Gremio nicht nur allein in dieser Kaysler. Residenz: Stadt
Wienn viel stattlich: außgübte Subjecta, ad Subalternos, & Su-
premos moderandos Cancellis beruffen / sondern auch in die ent-
legene Königreich ad dandum unicuique abgeschickt worden.

Und wem anderst kan dieses Heyl als der das gesambte Cor-
pus politicum vorhin / besonders aber in abgeruckten 1713. Jahr
von aller Pestilenzischen Seuche conservirenden Medicinischen Fa-
cultät zugeschriben werden / dann nach Zeugnuß Horatii *sanitate
nil melius ita canentis*:

*Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis nil.
Divitiæ poterunt Regales addere majus.*

Und gereicht es der Philosophischen Facultät als einem Schlüs-
sel zu allen Wissenschaften nicht zu einem ungemeinen Ruhm / daß
noch biß dato die vornehmste Familien ihre Dogmata anhören /
und dasjenige beobachten / was der grosse König Philippus in Ma-
cedonien seinem Sohn Alexandro alles Ernst anbefohlen / *ut audiat
Aristotelem, & Philosophiæ vacaret, ne inquit multa admittas,
quorum me admissorum pœnitet.*

Plut. in Apopt.

Nun hat der überall gegenwärtige Apollo die im Nahmen der
vier Facultäten angebrachte Verantwortung angehört / solche genau
überlegt / und in Consilio Parnassi folgenden Schluß gemacht:

*Cæsaris est Studium cum Pindo Musa revertit;
In dextra gladium fert dignum Cæsare munus.*

*Accipe, Augustissime Imperator, hunc sanctum gladium, munus
à Deo, in quo deicies adversarios domus tuæ.*

2. Machab. c. 15. v. 16.

Dann vor diesen Degen wird sich biegen Adrianopl und Con-
stantinopl, sintemahlen selbige schon in dem Geist vorsehen / daß
der dir anvertraute Wienerische Parnassus all dorten seine Theses
in Nomine Domini JESU Christi in unterschiedlichen Sprachen
ansprechen / und in solchen jederzeit versprechen werde / dann es hat der
göttliche Apollo geschlossen:

Huic

Huic ego nec metas rerum nec tempora pono.
Imperium sine fine dedi

Nec terminus unquam

Romanæ Ditionis erit.

Darumben wird auch der Olympus wegen deiner ihm bekann-
ten Pietet und grossen Justiz - Eysers vor dich streitten / ut longo
tempore tu regnes ipse, & filii tui.

Deut. 17. vers. 20.

Welch heiligen Wunsch auch dein allerunterthänigst- gehorsamster
Wienerischer Parnassus mit Deme widerhollet :

TV soboLésqVe tVæ sCeptrls Date teMpora
Longa.

Nun ist es nichts mehr übrig / als daß ich über die gleich be-
schehene nachdruckliche Ermahnung wegen all- verhüttenden Ein-
griff in die Universitäts- Jurisdiction und Freyheiten dem Herrn
Burgermeister und Herrn Stadt- Richter all- freundlich- nachbahr-
licher Affektion, und willfähriger guten Verstandnuß versichere /
auch Euer Excell. und Gnaden dise Wienerische Universität sambt
allen zugethanen Membris nebst meiner wenigen Persohn zu Dero
Landsfürstl. höchsten Schutz und beharlichen Gnaden gehorsamst
empfehle / mit dem unterthänigsten Beysatz mit Dero Käyserl. und
Landsfürstlichen Scepter bey all- Machirenden Thättigkeiten
auff selbige zu deuten :

Noli eam tangere quia Cæsaris est.



R. 14237/1

CARMEN
AGGRATULATORIUM.

R. P.

IGNATIO
MAUTHREI

è Soc. JESU

AA. LL. & Philosophiæ Doctori,

Et in Antiquissima, ac Celeberrima

UNIVERSITATE VIENNENSI

POESEOS

PROFESSORI.

Anomasticum diem celebranti,

A Devotissimis Discipulis compositum,
& in schola Poëtices declamatum, die 2. August.

Anno à partu Virginis

M. DCC. XXIII.

VIENNÆ AUSTRIÆ,

Typis Andreae Heyinger, Universitatis Typogr.



ELEGIA I.

*Ingressus à nomine IGNATII, Fundatoris
Soc. JESU. Laus R. P. Ignatii à Virtutibus.*

Hæbe reconde jubar: modicas absconde favillas
Luna foror: vigiles noctis abeste faces,
Sanctior Hesperis hodie surrexit in oris
Cynthius, & radio nobiliore micat.
Ecce novus Phaëton IGNATIUS! ignis in illo,
Ignis ab ætherea semina luce trahens.
Æneus hunc Phaëtona globus prostravit: at exin
Fortior Antæus membra levavit humô,
Ille salutifero Mundum succenderat æstu,
Inque Stygem sceleris jusserat ire chaos.
Ardet adhuc Orbis melioribus ignibus ustus,
Loyola validos suppeditante rogos.
O bene, sulphuræ cecidit quòd glandis ab ictu!
Quàm dextro felix omine casus erat!
Casus hic è spissis Themidémque, Fidémque tenebris
Extulit, & priscae Relligionis opus.
Nomen ô IGNATI charum terræque, polóque,
Dignaque vox Pario marmore, digna cedrô!
Æole ventipotens! venerabile Nomen in omnes
Ferto sagax volucris mobilitate plagas.
Quòd si gens inculta, rudique sub aëre nata
Illud inexperta dulciter aure bibet;
Mitius ingenium capiet, morésque modestos
Induet, immanes depositura Scythas.
Nomen ad hoc lemures, formæque tricorporis Umbræ
Tartareos repetunt, quà data porta, specus.

Plau-

IN=0300 16489

Plaudite Loyolidæ, tanto fata pignora Patre!
 Cujus ad aspectum Styx tremefacta pavet.
 Eja virete diu! Vos primus, & ultimus Orbis
 Obsequio nunquam deficiente colet.
 Est vestris Europa nimis virtutibus arcta.
 Trans Gangem metas fixit avita Fides.
 Vos Japon, Brasilésque vident, & decolor Indus,
 Septâque barbarica Sinica regna manu.
 Talia me fantem, potiorâque verba parantem
 Abripit in plausus ingeniosus amor.
 Tu mihi materiem, vitæ Moderator & artis,
 Suppetis: in plausum lux tibi sacra trahit.
 Virtutis soboles, Pindi decus, optime vatum,
 A cujus pendet nostra salute salus!
 Loyolam sic corde foves, ut moribus ipsis
 Noscaris magni filius esse Patris.
 Virgineos cultus, & plenas Numine dotes
 Infudit gremio dextera dâa tuo.
 Tu modò RELIGIO, stellati filia regni,
 Materiam dictis das opulenta meis.
 Huc oculos, huc ora move, Mysténque tuere,
 Qui toties pernix ad tua iussa volat.
 Si leges servare tuas accurat ad unguem,
 Si spargit sacris thura cremanda focus:
 Velatum sub farre DEUM si ritè litando
 Quotidie divi pandit amoris opus,
 Huc adhibe vultus, & puris annue flammis,
 Quas alit Ignatî pectore vera Fides.
 Aspice, consvetas ut eat festinus ad aras,
 Utque recurvato poplite lambat humum.
 Hic hæret, multoque sinum correptus ab æstro
 Cum Superis miscet mutua sensa frequens.
 Hic cæli bibit Ambrosiam: longasque videri
 Non finit oranti Numinis ara moras.

Si tamen invitus linquit loca sæta Tonante;
Abscedat quamvis corpore, mente manet.
Ulteriùs, precor, ergo fave, seròsque per annos
Alma Sacerdotem protege Diva tuum.
Hic Vir, hic est, quem blanda fovet Clementia nutrix;
Multa sedet labris gratia, multa genis.
Candor inest animo, mitis reverentia vultu:
Eminet in placida fronte modestus honor.
Ex oculis prospectat amor, loquitúrque serenos
Abs fuce mores, & sinè felle sinum,
Eloquii præstantis opes, facundia lenis,
Argutique sales, innocuìque joci:
Judicium dives, studium sinè fraude merendi,
Et sibi, quàm reliquis, mens nocitura priùs:
Consilio devincta manus, Prudentia falli
Nescia, nec docilis fallere Simplicitas,
Hæ gemmæ caput Ignatî, gremiùmque coronant,
Et radios circùm luce potente vibrant.
Non tamen insignes pulchræ Virtutis honores
Sub proprio tantùm corde sedere finit,
Discipulos pariter radiis divinitùs haustis
Lustrat, & in ritus incitat ire suos.
Nos docet, exemplóque trahit, quid inutile, quæ sint
Ludicra, quæ vaftris sint nocitura dolis.
Nos docet à Mundo procul, insanæque voluptæ
Illiciis avidâ vertere terga fugâ.
Nos docet, ut pereant Circæis illita succis
Gaudia, ceu vanum pulvis it in nihilum.
Vulgus iners fumum pro rebus captat, & umbram,
Nec pudet elusa fauce fovere sitim.
Qualè sedet medio deceptus in amne, labrùmque
In medio nunquam Tantalus amne rigat.
Quid prodest, si membra rosis, nardóque Sabæo
Oblitus in thalamo mollè cubare queam?

Quid Tyrio bis tineta juvat me purpura verme,
 Déque peregrinis vellera missa plagis?
 Ecquid honos, ecquid tituli regalè micantes?
 Quid si Cræseas arca flagellet opes?
 Omnibus his malus error inest, tacitúmque venenum.
 Hos tamen errores decipiendus emam?
 Dî scelus impediant! vitreis suffulta Voluptas
 Est pedibus: minimo turbine mota ruit.
 Nil manet: excipias virtutis nobile donum.
 Efficit hæc hominem cum Deitate parem.
 Hæc stabiles dispensat opes, quas lubrica cæcæ
 Nulla volubilitas dátve, rapítve Deæ.
 His, Pater, informas animos, & voce magistra
 Ducis, & eloquio robur habente trahis.
 Quas tibi gens subjecta queat rescribere grates?
 Quô poterunt pretiô tot benefacta coli?
 Si cumulos auri, fortunarúmque tributa
 Quis daret, aut quidquid gemmifer Hermus alit;
 Nil daret: exigui fierent oblata valoris
 Munera, nec meritis æquiparanda tuis.

ELEGIA II.

*Narrat Poëta de neglectu hujus artis sibi expo-
 stulanti apparuisse Apollinem, & tulisse solatium,
 adjecta laude IGNATII, &c.*

FOrsitán hesternus morientem lampada Titan
 Merfit in occiduos, nocte cadente, lacus;
 Cùm de more libros, & pulpita docta fatigo.
 Lassabat vigiles plurima charta manus.
 Dúmque sagax numeros, & carmina rumino lecta,
 Carmina divinis illecebrosa modis;
 Protinùs exardet mihi mœror in ossibus ingens,
 Et rigat húmentes deplua gutta genas,

Eheu, dicebam, qualis modò vivitur ætas!
Sæcula nunc ferrô deteriora rigent.
Ecquid enim Phocis, Pindique biverticis arces?
Ecquid Thymbræo templa dicata Patri?
Congeries lapidum, gregibusque cubile ferinis:
Nidus, ubi catulos tygris, & ursa fovet,
Quà retulit modulos ab opacis collibus Echo,
Nunc vomit anguinum sibila rauca genus.
Fons Aganippæus, sancti vindemia Phæbi,
In fæces olidas transiit, inque lutum.
Nunc bos, & crassus vervex, & amica luto sus
Hanc bibit, & gibbo stante camelus aquam.
Invaluit, totùmque fremens Helicon subegit
Marspiter, Odrysia seditione potens:
Et procul ad Gyaros, & ad extremos Garamantas
Præfule cum Clario jussit abire Deas.
Quid faciant? errantque vagæ, quæruntque quietem
Pierides; sed vix repperiisse reor.
Hem cœli, terræque pudor! quo dormit in antro?
Quem stomachô morbum læsa Poësis alit?
Carmina multa quidem trivio venduntur in omni:
Sunt tamen hæc cerebri desipientis opus.
Carmina vix facio nauci, floccique, pilique;
Carminis authorem sed facio nihili.
Vah nequam versus! deformibus undique nævis
Verba scatent Dominô non meliora suô.
O si vatibus his miserabilibus paliurô
Melpomene cingat tempora spiniferô!
Talia dum mecum lachrymis indignor obortis,
Irarùmque satis, nec minùs oris erat;
Ecce (fide majus) mihi proximus adstat Apollo,
Fronte sedet laurus: dextera stringit ebur.
Mox vultu ridente tuens me mulcet anhelum,
Taliter in voces ora diserta moyens:

Pone modum curis : steriles deponere querelas,
Dúmque licet, furiis contrahe fræna tuis.
Bosphoricus quamvis habitacula nota Camænis
Vastavit dextra bellipotente Furor ;
Nil tamen Aonias turpissimus hostis in artes,
Inque Poëtarum carmina juris habet.
Quæ-loca-cunque colant Musæ, Parnassus ibi stat:
Dummodò pro cantu tempus, & aura favet.
Non solùm Latios, Græcósque stupere Poëtas,
Sed nova quos pariunt sæcula, jure decet:
Et quos Danubius, quos aspicit Austria tellus,
Quósque colit celebres alma Vienna viros.
Quos inter (non vana fides) Ignatius omnes
Anteit, ùt corylos fraxinus alta leves.
Huic numeri veniunt, & copia carminis ingens,
Venáque perpetuo larga liquore salit.
Si cytharam fumit, cytharæ concordia necit
Carmina, carminibus non leve pondus inest.
Vox olli mellita fuit, ceu nectar Hymetti,
Innuba quod verno tempore carpit avis.
Illius ad cantum tygris mansuesceret Afra,
Vellet ad hunc ovibus parcere spontè lupus.
Æolus interdum, tempestatésque sonoræ
(Austria Ventorum sæpe furore tumet)
Ignatî Cytharâ victi certamina sistunt,
Et bucca nullum murmur habente silent.
AUSTRIACI vitam nuper dum condidit ANNI,
Devenit populi parvus in ora liber.
Mole quidem parvus, magnus tamen ingenii vi,
Cui lepor arguta multus ab arte sedet.
Condignum justis annalibus argumentum
Edidit, ùt vastam nux tenet Iliadem.
Narravit, quonam surrexerit Annus ab ortu:
Misit in Austriacas sænora quanta plagas.

Ecquid in Hungaricis, Bavarisque peregerit oris :
 In pugnam quoties ire coactus erat.
 Quid Sterili vexante Dea sit passus : ut inde
 Exilio Sterilem victor abegit Anum,
 Quomodo jam meritis clarus, senioque gravatus
 In tumulum, Lachesi fila secante, ruit.
 Hæc liber Ignatî dum prodidit omnia ; punctum
